& similia. sic super hec omnia desiderant vitam. manifestū est valde hoc. Si enim tantopere desiderant miseram. laboriosam. & momentaneam hanc vitam. quantum diligant beatam. qui etem & eternam. Promisit itaq; vitam eternam in qua est presentia omnis boni. & absentia omnis mali. in qua tā supra modum maxime. que nec oculus vidit nec aurs audiuit nec i cor hominis ascendit. Adhuc enim restat homini non solum timor & cupiditas. sed & amor. si enim per hūc attrahere potero optime fiat. Venit igitur in carne & tam dulcissimum & tam benignissimum se exhibuit. ut in eius passione lapides scinderentur. Qui modo scindi ex amore voluerunt nōne merito audituri sūt quid ultra facere debui & non feci. quia sicut modo omnibus se exhibet benignissimū. sic se aliquādo exhibebit severissimū. Noli ergo contempnere gratiā si non vis sentire iusticiā. Quāto enim nunc mansuetus nos preuenit. tanta distinctione veniet aliquando. Ex magnitudine ergo indulgentie & dilectiōis magnitudinem attende ultionis. Immensus est enim deus & infinitus in iusticiā. sicut & in misericordia multos ad ignoscendum multos ad irascendum. Sed misericordia sibi prior vendicat locum. ut qui hanc recusaverit. ad cumulum dampnationis sue digne audituri sūt illud Math. xxv. Discedite a me maledicti etc. Et illud Proverb. i. Vocavi & remuistis. extendi manum nec fuit qui respiceret. despectistis omne consilium meum. nunc ego in interitu vestro ridebo & subsanabo cū vobis quod timebatis euenerit. **Tercia causa aduentus domini fuit necessitas indigentis.** Cum enim in primis parentibus ceciderimus omnes & ex massa corruptionis constituti fuermus peccatores. Ex hoc homo sacrificium deo debuit. sed solvere non potuit. eoq; nihil erat in eo dignum satisfactione quod deus possit gratum accipere. Quia a planta pedis vsq; ad verticem non est in homine sanitas. ideo nihil habuit unde deo satisfacere posset. Sicut enim homo sacrificare debuit & non potuit. sed deus potuit sed nō debuit. Et ideo diuina sapientia que disposuit omnia suauiter misericordiam & veritatem reconciliauit faciens ut deus fieret hō. ut per hominē solueret

quod homo debuit. & per hoc q; deus esset sufficiens scit q; pro hominibus patri obtulit. De hac satisfactione per filium dei pro nobis facta dicit Anselmus. Homo destitutus est nō restituitur. sed non ad similitudinem angelorum in quibus nullum est peccatū. puebetur quod ē impossibile fieri nisi omnium percepta remissione peccatorum. que non fit nisi precedente integra satisfactione. quam satisfactionem talem oportet esse ut peccator pro illo det aliquid deo de suo quod debitum nō fit q; superet quod deus non est. Unde veritas immutabilis & ratio irrefragabilis exigit. ut peccator reddat aliquid deo pro homine ablato q; cum humana natura sola non haberet. subuenit bonitas dei & eam in suam personam assumpsit filius dei. & ut in ea persona esset homo & deus qui haberet quod superaret. sed etiam omne debitum quod peccatores soluere debent. preciosior namq; est vita hominis illius q; omne quod deus non est. & superat omne debitum quod debent peccatores satisfactione. Hec ille.

**Pro themate quarti sermonis.**

**R**ediamus hominem etc. ut s. In precedentibus audiuis q; ad intrinsecum diuinitatis non patet introitus nisi per ostium humanitatis. et q; cum tres sint partes hominis. non nisi spiritus. non corpus nec anima intromittuntur in illud intrinsecum manerū. Sed hodie digne docemur quibus pedibus & gressibus in illud ingrediatur. De quo nota. q; sicut Vercellen. dicit super Can. Pedes nostri spiritus sunt intellectus & affectus quibus anima deuota carpit itinera eternitatis. Ratio autem huius est. quia spiritus noster per intellectum & affectum se ad eterna extendit & ea equaliter attingit. Unde Hugo libro. i. de archa Noe dicit. Hoc est ad deum cōcedere et ad ipsum pertingere propter eū & per desideria q; rere & p cognitiōez inuenire & p gustū tangē. Et cōmētator Doro nisi? Hugo sup. vii. āgelice ierarchie dicit. Mētes celestes ad interiora spūs intēdētes cognitiōe et dilectiōe accedūt et p rē sunt fm excellētissimā collationē quā habent iuxta deū qd est intrinsecū spūs nostri ut s. dictū est. S; sciēdū q; pedes nostri

vt supra dictum est oportet esse mundos & puros. quia nihil inquinatum introibit in illud intrinsecum domini. Apoc. ultio. Et quod pedes spiritus humani quoniam tangunt terram mediante sensualitate. quod etiam puluis inde terrenus eis adhaereat. ideo indigent frequenti lotionem & mundationem. quod ostendit christus Iobis. xiiij. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. qui sine peccato mortali est non indiget capitis lotionem. Cuius ratio est. quia caput nostri spiritus est intelligentia qui in uirga sanctis immediate coniungitur deo. ut dicit Augustinus in de spiritu et anima. Nec tales indigent lotionem manuum. quia opera eorum sunt munda propter mundiciam capitis eos mundantis. sed tamen indigent lotionem pedum. Cuius ratio est. quia secundum Augustinum & Origenem. Impossibile est hominem aliquem non peccare venialiter & non habere aliquam inordinacionem interiorem ex qua contrahitur aliqua macula vel ruga obscuritatis in mente. Ego autem Origenem. impossibile puto non contaminari extrema anime etiam in infima eius quae quis quo ad homines perfectos reputetur. Ideo qui hodie discipuli sunt tamen solummodo pedum indigent lotionem. hos pedes bene lotos timuit inquinari sponsa quando dixit. Cant. v. Laui pedes meos. id est. cogitationes meas quibus aliquem terram solebam tangere quos sciretis fletibus compunctionis ablui ut intrare merear celestem patriam. Quomodo ergo iterum inquinabo illos ubi Vercellen. quomodo inquinabo iterum illos umbris & ymaginibus temporalium cum etiam intellectuales operationes et forme in hoc loco in super intellectualem exercicio reputemur maculae & offendicula. Hec ille. Figura huius Gen. xvij. Abraham vidit tres viros venientes per viam. quibus dixit. Si inueniam gratiam in oculis vestris lauentur pedes vestri & requiescite sub arbore. & post hoc apposuit eis vitulum saginatum. Sic rationes hominis videlicet tria in spiritu. rationalem. concupiscibilem. irascibilem. quorum pedes id est affectus lauandi sunt antequam introducantur ad domum diuinitatis. & comedant vitulum saginati sacramenti. Gen. xliij. Fratres Ioseph introducti sunt ad cubiculum. & lotis pedibus manducauerunt panem coram eo. Sic sit. fratres Ioseph intimi discipuli post pedum

lotionem introducantur cubiculum ad regni celestis ubi manducabunt panem. De quo Luc. xiiij. Beatus qui manducabit panem in regno celorum. Quod ut nobis etc.

De oculis sermo quartus.

**F**aciamus hominem ad ymaginem etc. ut supra. In antecedentibus audiuitis de cerebro. Hic nota de oculis. dicit Constantinus ubi supra. Oculus dicitur quasi occultus. oculi enim sub palpebrarum tegminibus occultantur ne aliquibus in tercentibus iniurijs offenduntur. Oculi sunt in complexu nobiliores in situ sublimiores in apprehensione communiores in passione tremiores in affectu utiliores anime viciniores septem pelliculis inuoluti. Secunda definitio Aristotelis in libro de animalibus. Oculus tres habet humores. duo oculi in capite sunt locati ut alter alterius beneficio muniretur. ut si quis plangeatur per alium defectus suos impleretur. Habent etiam oculi duas vinas qui tamen in frontis medio in modum crucis transfuersantur. Oculus aliquorum nimis mobilis. aliquorum nimis tardus. aliquorum nimis apertus. aliquorum nimis occultus. Tercia definitio Solini & auctoris in perspectua. Quidam habent oculos duersos ut unum nigrum alium alterius coloris sicut equus aut capra. Oculi puerozum sunt primo sicut virides postea autem mutantur in nigrum vel in glaucum. Oculi vero nigri melius videntur in die quam albi. albi melius in nocte quam in die. Aliqua sunt anima quibus eruti oculi renascentur. ut pulli prundinum & aliquorum serpentum. Plinius dicit libro. xxxviii. Cum in oculis appareat intuentis ymago. Inde est quod quedam sunt aues quae ante omnia de preda sua oculos petunt & velut cogitata desideria ratione visu effigie ad oculorum eruicionem tendunt. sicut patet in aquila & curuo. In istis definitionibus tria nota. Christi limpiditatem. Iusti sagacitatem. Iniqui peruersitatem. De primo nota quod christus duos habuit oculos. unum dextrum diuinitatis. alium sinistrum humanitatis. Cum primo vidit omnia antequam crearentur. Ecclesiastici. xxiii. Domino deo antequam crearentur omnia sunt cognita. Psalmista. Oculi eius in pauperem respiciunt. De utroque habetur Canticozum quarto.

Oculi tui columbarum. Nam columba ppter accipitrem vno oculo sursum altero deorsum respicit. sic xps licet homo oculo diuinitatis semper vidit patrem. Iohis. xij. Qui videt me videt & patrem meum. Alterum in terra. Ps. Huius respicit in celo & in terra. Sed vterque occultus. primus humilitate. Mat. xi. Discite a me etc. Secundo humanitate. Philipp. ij. Habitu inuentus ut homo. Isay. xlv. Vere tu es deus absconditus. Secundo nobiliores. Proverb. vltio. Nobilis in portis. i. in oculis qui aie porte sunt vir eius. i. xps qui vir ecclesie est. Tertio in situ alio. Nunquam aliquis sanctorum suos oculos altius in contemplatione leuauit. Nam Iohis. vi. Videns quia multitudo venit subleuans oculos ad preem pauit esurientes. Iohis xi. Vidit Lazarum leuabat oculos suscitauit a morte & confortabat lugentes. In agonia plixus orans suscitauit dormientes. Lu. xxij. Et Reg. xix. Eleuasti in excelsum oculos tuos. Quarto comuniores. Nam oculi inter oia membra comuniores. Nam ut dicit Ap. ad Hebr. iij. Oia nuda & aperta sunt oculis eius. Sed hanc comunione habent angeli a virtute diuinitatis que oia inhabitat. Bern. in meditationibus. c. i. Quid sit deus in semetipso in angelis in sanctis in creaturis in hominibus. In seipso est incomprehensibilis quia principium sine principio finis sine fine. In me intelligo quod incomprehensibilis sit deus quod meipsum intelligere non possum quem ipse fecit. In angelis est desiderabilis quia in eum desiderant prospicere. In sanctis est laudabilis quia in eo felices letant. In creaturis est ammirabilis quia oia potenter creauit. sapienter gubernat. benigne disponit. In hominibus amabilis quia eorum deus est & ipsi populus eius sunt. ipse in eis habitat tanquam in templo suo. quia ipsi sunt templum eius non dedignatur singulos nec vniuersos. Hodie respiciunt oculi eius specialiter tria genera. videlicet incipientes proficientes contemplantes. Incipientes qui pro timore mortis eterne incipiunt emendare vitam. Ps. Oculi domini super metuentes eum. Sequitur. ut eruat a morte. Proficientes qui a mundo & dyabolo temptantur. Nam secundum Greg. Nos impugnare negligit quos quanto iure se possidere sentit. Daniel. ix. Aperi oculos

tuos & vide desolationem nostram. Contemplantes qui a mundo elongati eum solum videre desiderant. Proverb. xv. In omni loco oculi domini contemplant bonos et malos. primos eripit. secundos protegit. tertios solat. Ps. Oculi mei ad fideles terre. Sed in peccatores respicit ita eius qui est oculus non clementie sed destructionis. Daniel. ix. Ecce oculi domini super regnum peccatorum & destruit illud. Isti enim sunt oculi lincum qui videt ultra pietate corporis usque ad intima cordis. Narratur de quodam barbitonlore qui amore dei pauperes quantumcumque deformes libenter reddebat. qui pauper effectus quendam porcum fuisset furatus. deus volens eum reducere apparuit sibi in specie cuiusdam deformissimi. radi amore dei petens. quod cum barbitolor vellet facere. inuenit caput eius plenum oculis. quod cum ammirans peteret quid hoc esset. respondit pauper dicens. Ego sum ille qui ubique video. et bene vidi heri quoniam porcum furatus fuisti. quo euas nesciente. barbitolor timuit. & penitentem restituit porcum. Ps. Oculi domini super timentes eum. Ipse est sicut aquila que habet oculos limpidissimos ita quod pisces in mari natantes ab altitudine videt aenis. Sic quem excelsus humiliatum respicit in celo et in terra. Eccl. xvij. Vie hominum non sunt absconditi ab oculis ipsius. Quinto in passione teneriores. Nam oculi aliis membris minus sustinere possunt. Sic oculi saluatoris. nam videns flentes sorores Lazari lacrimabatur. Iohis. xi. Videns ciuitatem fleuit super illam. Lu. xix. Videns in cruce pendens in multis suam passionem non proficere orans cum lacrimis exauditur. pro sua reuerentia. Dicit Ap. ad Hebr. v. Item Eccl. xxij. Pungens oculum educit lacrimas. Sexto pellicule septem sunt in quibus christi deitas fuit & est inuoluta. scilicet tres virtutes theologie veritatis. fides spes caritas. & quatuor euangelia. quorum sex euanescent in patria. solum una remanente videlicet caritate. quia maior horum caritas. dicit Ap. i. Cor. xij. Videmus nunc per speculum. Eccl. xx. Oculi enim illius septemplexes sunt. Septimo oculi sunt anime vicinos. Nam oia anime secreta annunciant. Vnde ubi amor ibi oculus. sic christus anime nostre. i. Cor. iij. Vos estis templum dei & spiritus sanctus habitat in vobis.

Vicinior enim & intimior est anime spiritus quam anima sibi ipsi. dicit Augustinus de spiritu & anima. Octavo utiliores. sic christus utilisior corpori ecclesie pre omnibus. Job. xxxi. Peperi fedus dicit ecclesia cum oculis meis etc. Et sic patet primum. Sequitur secundum. Secundo oculi effigiant iusti sagacitatem. Nam tres humores tres anime potentias designant. De quibus dicit Immanuel. in libro de vilitate conditionis humane. c. i. Tres habet anima naturales potentias. tres naturales vires. Rationalem qua discernit inter bonum & malum. Irascibilem qua bonum appetit. Dan. x. Ecce vir unus idemque lineis. Sequitur. oculi eius ut flamma ignis. Duo oculi qui in capite sunt locati. ista dualitas signat combinationem caritatis. Teste enim Gregorio. Caritas enim minus quam inter duas haberi non potest. Nam duo sumus in omni statu. aut nobiles aut ignobiles. aut divites aut pauperes. aut religiosi aut seculares. & sic duo quidem sumus in corpore ecclesie sed unum esse debemus in vera caritate. Act. ii. Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Sed quid est quod nos in unitate caritatis coaglutinare debet nempe crux. & ille qui per passionem in cruce nos in unitatem fidei congregavit. Iudicum. xx. Conatur uniusversus israel ad civitatem quasi unus homo eadem mente uno consilio oculos prominens & nimis profundus. secundum Aristotelem in phisonomia. Oculus prominens designat stoliditatem profundus maliciosam calliditatem. mobilis mentis instabilitatem. tardus pigritiam & tepiditatem. Sed prudens cavet ne per elationem ultra debitum promoveat & eleuetur. Proverbiorum. vi. Oculi sublimes sunt a deo maledicti nec per dejectionem plus quam decet humilietur. Ecclesiastici. xii. Noli esse humilis in sapientia tua. Est enim qui nequiter se humiliat & omnia interiora eius plena sunt dolo. Ecclesiastici. xix. Oculus etiam prudentis non est mobilis per inconstantiam. nec nimis tardus per pigritiam. ne ad malum sit nimis velox quam perniteat. nec ad bonum nimis tardus quam negligat. Ecclesiastici. xxxv. Oculi septemplexes reprehenduntur. Igitur necesse est ut oculi mentis medium teneant. Nam quia natus filius Dedali medium non tenuit quia submersus in mari fuit.

Vnde versus. Irati nati memores estote parati. Iussa paterna pati medium tenere beati. Oculi aperti in verecundiam clausi vero verecundiam signant. secundum Aristotelem. Quidam tenent oculos valde apertos qui semper volunt investigare omnia que sunt & fiunt. Ecclesiastici. vii. Altiora te ne quaeris. & insuper. vacuis rebus ne fueris curiosus. Alii vero tenent eos nimis clausos qui nihil horum scire volunt que spectant ad salutem anime. Ecclesiastici. xx. Datus insipientis non erit utilis. **Tercio dixi quod sunt nonnulli qui habent oculum unius coloris album. alium alterius coloris. Talis fuit Alexander rex macedo & plures equi et capre. Sic viri impij non habent oculum mentis uniformem sed alterius coloris per infidelitatem. Unum enim extendunt exterius videlicet amicitiam. alium interius fraudulentiam. Exterius verba mollia. interius multa mala. Intrinsecus sunt equi per superbiam. extrinsecus capre per humilitatem & simplicitatem. Apoc. xiiij. Bestia similis agno habebat vocem sicut draco. Item oculi magistri melius vident in die patris prosperitatis. Lu. xvi. Filij huius seculi prudentiores sunt filij lucis. Sed modicum videbunt in nocte mortis & perpetue aduersitatis. quia Jobis. xi. Quis ambulat in nocte offendit quia lux non est in ea. Sed e contra qui habent oculos albos conscientie puritatis modicum videbunt de nequitijs patris calliditatis & dolositatis. sed in nocte id est in fine vite bene videbunt lumen eterne claritatis. Ps. Nox sicut dies illuminabitur. Sed attende quod quedam sunt anima quibus oculi eruti alij renascantur. Sed per omnia Manducant. in famatoribus detractoribus erunt si unus oculus vel oculi quibus fatetur malum vidisse per manifestationem sue falsitatis erunt statim alius recrescat. vel aliter ad seipos habent oculos eruditorum quibus sua vitia videre deberent sed alij recrescunt quibus aliorum defectus considerant. Math. vii. Vides vestucam in oculo fratris tui. trabem autem in oculo tuo non consideras. Sed vide mercedem. nam sicut avis pre dolis videns ymaginem suam in oculo eruit eam. sic videns dyabolus ymaginem vicioz in omnia mala eruit & rapit in infernum. i. Regum. xi. dixit rex moabitaz. In hoc faciam vobiscum fedus ut eruat omnum vestrum oculos.**

dextros. A quo nos defendat qui vivit et regnat in secula etc.  
**D**e adventu christi quo ad tempus. In proximo audiistis  
 de causa adventus. Nunc de tempore referamus. Nam christus  
 non venit in inicio nec in medio mundi. sed in fine. Abacuc.  
 1. Apparebit in fine & non menciatur. Zach. 12. In tpe ves  
 pertino erit lux illa. Inq. que de se dicit. Ego sum lux mundi.  
 Johis. 1. Sed hec lux solem divinitatis obumbrabit nube  
 humanitatis. Isay. 60. Ascendit super nubem leue & ingredietur  
 egyptum. 1. Cor. 15. Nos sumus in quos fines seculorum  
 deueniunt. Et hoc fecit propter tria. Primo differre debuit pro  
 pter desiderij intensionem. propter infirmorum multitudinem.  
 propter figurarum impletionem. Nam res amata quanto plus protra  
 hitur tanto magis desideratur. dicente Bern. Dilatio rei amate au  
 gmentum est desiderij. quia vero eo amabilior a quo & in quo et  
 cum quo omne bonum desideratur. Exo. 33. dixit Moyses  
 Domine ostende mihi faciem tuam. Et dixit ei dominus. Ego ostē  
 dam tibi omne bonum. Quanto ergo quorundam desiderium fuit  
 intensius tanto citius deum videre meruerunt. Sicut Symeon  
 cui se totum vultu contulit ad videndum ipsum in carne. Dicit enim  
 Bern. Oportet quod ignis desiderij preueniat ad omnem animam ad  
 quam ipse venturus est. Sed adventus eius in carne differre  
 debuit. ut ignis desiderij augetur. Unde voces querule des  
 siderantium prophetarum erant. Manda remanda. expecta res  
 expecta. modicum ibi modicum ibi. per quos populus impa  
 ciens expectatione suspensus improperabat nuncijs. Sic hu  
 manum genus tam ex promissionibus quam ex miserozum afflictio  
 nibus torquebat. quousque totus mundus ad eius presentiam  
 estuabat. Tunc vere ut scriptum est Aggei. 2. Ecce veniet de  
 sideratus cunctis gentibus & implebit domum istam gloria.  
 Secundo differre debuit propter egrotantium multitudinem.  
 Augustinus. Magnus venit de celo medicus. Maxima mul  
 tudo erat in limbo. in inferno. in mundo. De quorum nume  
 ro David dixit. Misere mei domine quoniam infirmus sum etc.  
 Sed de generalitate et equalitate egrotantium Isay. 1. Oves caput  
 languidum & oves cor merces. Sequitur. vulnus plaga et lues tumores.

Vbi tanguntur tria quibus genus humanum ab exordio labo  
 rabat. Primo luxuria. cum dicit lues. secundo auaricia. cum dicit vul  
 nus. tercio superbia. cum dicit plaga tumores. que omnia ex preuicatio  
 ne primorum parentum sufferebat quorum sanabilitatem Moyses op  
 tabat Deutro. 10. Auferat a te deus omnem languorem. Et deus  
 promisit Jerem. 30. Obducam enim cicatricem tibi & a vulneribus  
 tuis sanabo te dicit dominus. Et Ps. Misit verbum suum & sana  
 uit eos. Quod autem fecerat dicit Isay. Vere languores nostros  
 ipse tulit & dolores nostros ipse portauit. Et sequitur. Ipse  
 autem vulneratus est propter iniquitates nostras. attritus est propter sceler  
 ra nostra etc. **T**ercio differre debuit propter prophetiarum & figurarum  
 complementum. Osee. 12. Diebus multis sedebunt filij israel sine re  
 ge sine principe sine sacrificio sine altari sine ephod. Sequitur. post  
 hec reuertentur filij israel ad dominum & querent deum suum. Hec Bern.  
 Vere aduersperabat & inclinata iam erat dies. iam non appa  
 rebat angelus. non loquebatur propheta. cessabant omnia. Tunc ait  
 filius. tunc dixit. Ecce venio. Sapientia. 17. cum quietum silentium  
 tenerent omnia & nox in suo cursu medium iter haberet. omnipotens  
 sermo tuus domine de celo a regalibus sedibus venit plenitudo tem  
 poris. que plenitudo erat tempus natiuitatis christi. cum pax esset in vni  
 uerso mundo. Lu. 1. Erant edictum a cesare etc. Qui sua presen  
 tia perducatur nos ad patris presentiam. Qui vivit etc.

**Pro thematate quinti sermonis**

**A**diciamus hominem utrumque. Veri audiistis quod ad intrin  
 secum diuinitatis non admittitur spiritus nisi pedibus lo  
 tis. hodie audietis quid spiritus in illo intrinseco inueniat  
 cum dicit Apulus. Colo. 2. In eo sunt omnes thesauri scientie & sa  
 pientie dei absconditi. quos inuestigare et enumerare magnitudinem et  
 multitudinem diuiciarum & deliciarum istius intrinseci secreti cubi  
 culi poterit. nisi quantum quilibet per fidem illuminatus & carit  
 tate inflamatus haurire consuevit. & per aliqualem experien  
 tiam didicerit. Dicit enim Bern. super Cant. sermone. 22. O vere  
 quietus locus et quem non immerito cubiculi nomine censerim in quo  
 deus non quasi tibi turbatur iam nec iam quasi distincta cura pro  
 spectatur sed prestat eius voluntas bona. beneplacens & perfecta



visio ista non terret sed mulet & hic quiesceret tranquillus.  
Magm sunt. quia p̄tunt & q̄ peierunt impetrabant. Deutro.  
xi dicens. Locum quemcūq; calcauerat pes vester vester erit.  
Alti sunt. quia digni vt introducantur in omnem plenitudi-  
nem dei. Istiusmodi spiritibus magnis occurrit sp̄s & ma-  
gnificauit facere cum eis euntes lucere sibi lucem eosq; addu-  
cens in montem sanctum suū & in tabernacula sua regem i de-  
core suo videbūt p̄eunte se & speciosa deserti. & flores rosarū  
& lilia conualliu ad amena ortorum ad irrigua fontiu ad delici-  
arum collarariū ad odoramēta aromatu postremo ad ip̄a secre-  
ta cubiculi. Isti sūt thesauri. beat⁹ vir qui impleuit desideriu  
suum ex ip̄is. Hec ille. Figuratu Vester introduxit ad delici-  
as quas sentiens dixit. Hodie magnificata est aīa mea p̄e oī-  
bus diebus vite mee. Greg. iij. Moral. Sepe amantis anim⁹  
tante contemplatiōis munere implet⁹ vt vidē valeat q̄ loqui  
oīno non valet. Si autē enarrare non poterit saltem vel alter  
Moyses descendēs a consortio domini i anima et corpe aliqua  
signa et testimōia secū fecerit testificantia que in regione lucis  
erant. Dicit em̄ Hugo de trib⁹ dietis. iij. libro. Ecce tu ab illo  
intimo contemplationis secreto reuertimur quid nobiscū affer-  
re poterimus nisi lucem d̄ regione lucis venientes portamus.  
Et subdit. Si vidimus p̄ris potentiam apportemus lucem di-  
lectionis potentia torpētes ad amorem excitet. sapientia splē-  
dore illummet. clementia calore caritatis frigidus inflammet.  
Hec ille. Figurata in filiis israhel. Numeri. xij. qui missis ex-  
ploratoribus reportauerūt fruct⁹ videlicet ficus botrus et mala-  
granata. Per fic⁹ p̄ris potētia que dulcis est et fortificat. Per  
botros in ligno pendens expressum vinū afferens filij sapien-  
tiaz que deū & hoīes letificat. Per malagranata refrigerat  
in cellulis ordiate locata grana sp̄s sancti clemētia q̄ locans  
sanctos & angelos. quia in domo p̄ris māsiōes multe sūt ic̄.

De aurbus sermo quintus.

**A**ciam⁹ hominem vt̄s. De christi hūanitate locutus  
audiuistis heri de oculis. Hodie audietis de aurb⁹. de  
quibus Cōstantin⁹ vbi. s̄. Auris dī ab audiēdo vocē.

Et est auris quedam substantia cartilignosa. que duabus de  
causis est necessaria. scz ad aeris compressionem & aggregati-  
onem pro vocis formatione. & ad auditus defensionem per ex-  
teriorum incidentiu auri foramina retentionē. Est autē os petros-  
sum in quo nervi descendētes a cerebro sunt fixi sensum et mo-  
tum auribus deferentes & mutationem vocis & aeris aīe refe-  
rentes. & sunt foramina per que intrat vox & aer non ex toto  
libera vel vacua. s̄ ad modū turcularis tranfusa. q̄s p̄vidē-  
ter fecit natura ne frigid⁹ aer nimis libere et cito ad audibiles  
nervos intraret & eos leberet. & ne aliquid nociuum inter⁹ in-  
cideret. q̄s auditum leberet & auditū turbaret. Hec Constanti-  
nus li. iij. c. iij. **S**ecūda diffinitio auris. Aures hoīs posite  
sunt in medio capitis vt audiant vndiq; que dicunt⁹ ex omni  
parte sonorū differentia comprehendāt. Aures aīalium quadru-  
pedum sunt in superiori parte capitis. et sunt cōmuniter erecte  
exceptis quibusdam canibus & quibusdam capris quibus sūt  
inferius dependentes. Homo etiā inter oīa aīalia aures habz  
min⁹ mobiles. homo respectu sui corporis minas habz aures  
**T**ercia diffinitio. Aures impediūtur in auditu multipliciter  
vel ergo ex v̄tositate inter ventriculas cerebri humore rupto  
prurigmem inducente. vel ex apostemate inter ventriculas cere-  
bri in aure existente. vel ex nimia siccitate nerviū audibilē cor-  
rugantem. ex calido humore aures pungente. ex oblivione na-  
ture instrumentū auris non perforante. ex nimio sonitu aures  
grauante. ex nimio ictu aures & nervos percuciente. Hec ille.  
Ex quibus diffinitionibus tria intellige. Ex prima diffinitione  
tria. videlicet xpi hominis sapientiam. boni hominis prouidentia  
mali hominis negligentia. Vnū q̄s est flexibile. sc̄m q̄s est in-  
flexibile. tertium quod est tardum & longanime. Ista primuz  
q̄s est flexibile designat in xpo exauditiōis promptitudinem  
Nam qui sunt quos aures dei audiunt h̄y facillime aures xpi  
flectunt. Ps̄. Inclina aurem tuam ic̄. Nam vna mulier virgo  
rogauit. qui statim surgens & erat subdit⁹ illi post tridui res-  
mansiones in iherlm Lu. ij. Eadem supplicauit vt aquam i vi-  
nū cōuertit Jobis. ij. Vna aquā viuā petiuit et statim recepit.

Johis. iij. Vna rogauit pro absolutione peccatorū & statim  
recepit. Luc. vii. Vna rogauit pro filia sua demoniaca & sta  
tim liberata est Mat. xv. Vna rogauit vt secum maneret qđ  
etiam fecit & exaudita est. videlicet Martha Johis. xi. Vnus  
rogauit vt sibi p̄m ostenderet & exaudit⁹ est videlicet Phi  
lipp⁹ Johis. xii. Duo rogauerūt vt cuz eis maneret quia ad  
uesperascebat & mansit cum eis Lu. vii. Vnus rogauit vt  
manducaret cum eo & fecit Lu. vii. Hec in nouo testamento  
Similiter in veteri aures habuit flexibiles. Nā filij israhel da  
mauerūt in egypto vt liberaret eos. et dixit Moyse qđ hoc fece  
rat Exo. iij. Filij isrl in deserto rogauerūt vt mitteret eis aquā  
de petra & fecit Exo. xvii. Et licet in omni loco dominationis  
sit flexibilis auris ei⁹ ad audiendū. magis tñ in loco oratiōis  
iij. Re. viii. Sint oculi tui intēti & aures tue apte. & rñdit qđ  
audiret & faceret. qđ vero orōnib⁹ tuis diuinas aures nō flectit  
in ecclia forte rō est quā ponit Origen. de chanaan. Int⁹ qđ  
de⁹ flectis genua s̄ foris versat⁹ mēs tua. Int⁹ est corp⁹ s̄ fo  
ris cōputas vsuras cēsus. Hec ille. Dixi scđo qđ aliud ē i aure  
qđ ē inflexibile et petrosū ne aer libere subintret. Sic auris dei  
qđusdā inflexibilis & nō leuiter p̄tentē exaudit. p̄t tria. vel  
p̄pter petētis indignitatē. vel p̄t petēōis inhonestatē. vel p̄  
pter dilatiōez ad accēsiōez. De p̄io Johis. ix. Scim⁹ qđ pec  
catores de⁹ nō exaudit. De scđo quia hō petit aliqd inhonestū  
vt ad voluptatis p̄speritatē. vel ad auariciā. ad res iniuste ac  
quirendas. vel ad inimicōz destructionē. Tullius dicit qđ dij nō  
amplius sunt orādi nisi qđ bona dent. sciūt enī quid nobis vti  
le ē. Ideo de male petētib⁹ dicit Jaco. iij. Petitis & nō acci  
pietis eo qđ male petitis. Tercio non audit vt ex dilatiōe accē  
dat hōis caritatem & inuestigādi sedulitatem. Nam s̄m Bern.  
Dilatio rei amate augmentum desiderij est. quia de⁹ i clamo  
re desiderij delectat⁹. P̄s. Clamauit ad me & ego r̄c. Vel qđ ip  
se meli⁹ nouit tps dādi. Hec Bern. Quid ipleri cōcito petim⁹  
ex ipi⁹ tarditate p̄sperat⁹. Hec tria figurata i trib⁹. Primū in  
diuine epulōe qđ mltis cētenarijs rogauit p̄ vna gutta aq̄ et nō  
recepit Lu. xvi. Exēplū etiā d̄ duob⁹ discipul⁹ petētib⁹ qđ igne

de celo mitteret super samaritanos Lu. ix. Exemplū terciū in  
Abrahā. qui exultauit vt videret diem dñi. vidit post longū  
desiderium et gauisus est Johis. viii. Et sic p̄t secundū. Se  
quit⁹ terciū quod est tardum in xpo & longanime videlicet ve  
ne due pertingentes ad cereb⁹ quas p̄pter deliberationē mor  
amirādo natura aurib⁹ dedit. Gen. xvii. Dixit dñs ad Abra  
hā. Descendā & videbo r̄c. Nūquid nō oīa nuda & aperta sūt  
oculis ei⁹. Cur dixit. descendā p̄pter longanimitatē in expectā  
da ad penitentiā sicut duo clamores cōtra nos vnus in terris  
& alter in celis in quib⁹ se de⁹ longanimē ostēdit post clamo  
rem p̄cōrū qui sūt quatuor. Clamitāt añ de⁹ sanguis v̄x  
sodomoz. v̄x oppressoz merces detenta laborū. Apoc. vi.  
In apertione quinti sigilli audiuit Johānes vocem occisorū  
dicentium. Vsq; quo dñe sanctus & iustus non vindicas nos  
ab hys qui sunt in terra. Sequit⁹. acceperunt diuinū respon  
sum. Adhuc sustinete. Eccl. xxvii. Ori tuo facito hostia & se  
ras auribus tuis. Et sic p̄t expositio prime diffinitionis. Se  
cūda diffinitio ostendit boni hominis sagacitatē. Ideo natura  
aures locauit in medio vt audiant equaliter sonum a sursum et  
ab infra a dextrosū & ad sinistrosū. Sic duo genera p̄i  
mi duo principes iudices & cōfessores. Scđi vniuersaliter om  
nes p̄mi videāt vt auris teneat mediū ne plus seorsū ad po  
tentes quam infra ad depressos ne plus a dextris amicōz car  
naliū qđ a sinistris extraneoz ne plus ante ad mun⁹ dantis  
qđ retro vel habentis inclinetur. Deutro. i. Paruū aut magnū  
audietis. Job. vii. Prebete aurem & videte an mentiar. Vel  
aliter vniuersaliter quilibet audiat vocem que seorsū a deo.  
infra a dyabolo. a dextris a prosperitate. a sinistris aduersitate  
ante mortis retro peccatorum audiat equaliter. ne plus dyab  
olum qđ deum. fortunium qđ mfortunium attendat. quia om  
nia hec vocat. Aug⁹. Mund⁹ clamat venite ad me & ego de  
cipiam. dyabolus & ego inficiam. christus & ego reficiam.  
Hec ille. Vide ergo quem audias. Animalia quadrupedia ha  
bent aures erectas r̄c. Per aures religiosi qui p̄ma cōtempla  
tionis volare dicunt⁹. p̄ aialia quadrupedia bestiales homines

Aures .i. religiosi qui auribus carere dicuntur in quantum non dicunt  
inania verba adulatorum . detractorum . & malis suggestionibus au-  
rem prebere . Amos . v . Aufer a me tumultum carminum tuorum  
& cantica lire tue . Cuius tamen oppositum est de bestis & be-  
stialibus que more quadrupedum aures habent semper erectas  
in quantum omnia volunt acute aliena vitia auscultare . cum tamen  
secundum Aristotelem Aures nimis longe stoliditatem designant . Ta-  
les sunt similes hominibus qui sunt in ethiopia qui habent tam  
magnas que cooperiunt totum corpus . Eccl . vii . Cunctis sermoni-  
bus qui dicuntur ne accomodes cor tuum . Sed econtra dicimus  
que quadrupedia . i . simplices aures mentis habent sursum ad ve-  
rum erectas . ad audiendum . obediendum . faciendum utilia . sollicitas  
& attentas importune . Secundo aures habent omnes populi intente  
ad liberum . exceptis tamen canibus . i . insatiabilibus auaribus . & capris . i .  
fretentibus luxuriosis . qui seque aurem mentis non solent erigere  
sed a veritate auertere . ii . ad Thimo . iii . A veritate auditum auer-  
tent ad fabulas autem conuertentur . Sed proculdubio illi qui  
aures volucres & homines & religiosi contemplatiui iam non  
habent aures . quia nec verbum dei . nec preces amici audire vo-  
lunt . Jacobi . ii . Sit omnis homo velox ad audiendum . tardus au-  
tem ad loquendum . Sed heu potius si quis putat se religiosum  
esse . Tales similes sunt draconi . De quo Plinius dicit . que ani-  
malia diligunt pantheram & eius vocem solus draco fugit .  
Sic omnes homines diligant deum solum ipsi plus diligunt  
dyabolum . Ps . Audiuit & spernit & ad nihilum redegit . Et  
sic patet secundum . **Sequitur** tertium videlicet surditas au-  
rium . per quam negligentiam malorum intellige propter impe-  
dimenta que sequuntur . Nam primum impedimentum est su-  
periorum communiões que impediunt iudices & hec inflatu-  
ra circa pelliculam cerebri . Job . xv . Sonitus terrois semper  
in auribus illius . Secundum prurigo carnalis affectionis im-  
pediens platos . Apostema superbie impediens principes . Cotur-  
gatio puerse intentionis impediens religiosos . Punctura iracundie  
& vindicte impediens mulieres . Surditas naturalis impediens sim-  
plices . Sonitus precum & importune supplicationis impediens platos

Itus numerum malleorum aurorum & argenteorum impediens  
ciues & consules . Jere . vi . Ecce incircumcise aures omnium et au-  
dire non possunt . Ps . Aures habent & non audient etc . **Se-**  
quitur de aduentu quo ad viam per quam christus venit . In  
prehabitis descripsimus personam venientis . locum a quo & ad  
quem causam & tempus . Nunc de via aliquid edisseramus . quam  
si non cognoscimus predicta omnia de quibus diximus fructu  
vacua remanebunt . & ad eum qui ad nos venit & rediit nulla  
tenus veniemus . Quomodo autem possumus viam scire nisi is  
qui ambulauerit in ea dignetur nobis ostendere . Nam Pro-  
ph . x . Tria sunt mihi difficilia & quartum penitus ignoro . Viam  
aquile in celo . viam colubini supra petram . viam nauis in medio  
maris . super omnia viam viri in adolescentia sua . Christus igitur in-  
uocandus est ut viam suam nobis ostendat . Proverb . iii . dicitur  
Viam eius uiam pulcre & omnes semite illius pacifice . quia lignum  
vite est his qui apprehederint eam & qui tenuerit eam beatus .  
Propter quod sciendum que dei uentis ad nos duplex est via .  
videlicet uiam descendens et uiam reuertentis . Primam uenerunt . secun-  
dam imitemur . De prima Bern . Virgo regia ipsa est uiam per quam  
ad nos saluator aduenit procedens ex ipsius utero tanquam sponsus  
de thalamo suo . Tenentes ergo uiam studeamus & nos dilectissi-  
mi ad ipsum per eam ascendere qui per eam ad nos descendit . per eam ueni-  
re possumus in gratiam ipsius qui per eam in nostram miseriam peruenit  
Per te igitur ascensum habemus ad filium . O benedicta inuentrix gre-  
gentrix uite . mater salutis eterne . ut per te suscipiat nos que per te  
datus est nobis . Excuset apud ipsum integritas tuam culpam corrupti-  
onis nostre . & humilitas tua deo grata uiam nostre impetret uan-  
itati . copiosa caritas tua nostrorum cooperiat multitudinem pec-  
catorum . & fecunditas tua gloriosa fecunditatem nobis conferat  
mentorum domine nostra . mediatrix nostra . aduocatrix nostra . tuo  
filio nos recommenda . tuo filio nos reconcilia . tuo nos filio rep-  
resenta . Fac o benedicta per gratiam quam muemisti . per prerogatiuam  
quam meruisti . per misericordiam quam peperisti . ut que mediate te di-  
gnatus est fieri particeps infirmitatis et miserie nostre . te que interce-  
dere particeps nos faciet glorie et beatitudinis sue Iesus christus filius

tuus dominus noster qui est super omnia benedictus in secula. Hanc igitur viam veneremur quia non nisi per eam ingredi mur in regnum dei. nec opera nostra acceptant nisi per eam fuerint deo presentata. Dicente Bern. Nihil nos deus habere voluit quod per manus virginis non transiret. Et sic patet prima via.

**Pro thematate sexti sermonis.**

**R**eciamus hominem uti. In antecedentibus audivistis quid dulcedinis & iocunditatis anima deuota in intrinseco diuinitatis inueniat. Hodie audietis qua virtute in tale intrinseco perpetue ut ex inde nunquam quod ammodo recedat. Vnde notandum quod inter omnes virtutes sola caritas est que hoc opatur. i. Jobis. iij. De caritate est & qui manet in caritate in deo manet & deus in eo. ergo quod diuinitas nostra manet in caritate in deo manet. Sed quod in eternum potest manere in caritate cum adiutorio dei. ergo in eternum potest manere in deo. quod autem in eternum possit manere spiritus noster in caritate. ait apostolus. Ro. viij. Quis potest nos separare a caritate christi. quod dicitur. nemo imo nulla creatura. sicut ipse postea probat. imo nec ipse deus. Jobis. viij. Qui sequitur me habebit lumem vite. quod dicitur. quod diuinitas sumus in luce in caritate sumus. licet nos ipsos per peccatum acere poterimus. non distantia locali cum deus sit ubique. sed distantia similitudinis. sicut dicit Augustinus. viij. de trinitate. Non locorum intervallo sed similitudine accedit ad deum. quod autem nulla creatura possit nos separare a caritate dei que nobis in christo datur ostendit ibidem apostolus dicens. Certum est quod neque mors. sed quae minime potest separare. Cuius rationem assignat Augustinus. in de moribus ecclesie dicens. Licet corpus nostrum possit mori tamen ipsum quo diligimus deum scilicet anima mori non potest. nisi cum non diligit deum. cui mors non est diligere deum nihil aliud est quam ei quicquid in diligendo atque obsequendo preponere. Sequitur. nec vita scilicet promissa potest nos separare a caritate dei. Cuius rationem assignat Augustinus ubi. s. quod deus est fons vite. sicut ergo non separatur a fonte aqua promittendo aquam. ita nemo separatur a fonte vite promittendo vitam. Dominus autem dicit Jobis. vi. Qui credit in me habet vitam eternam. Item dicit apostolus. Nec angeli nec principes nec virtutes. i. nec inferiores nec mediis nec superiores poterunt. Cuius rationem assignat Augustinus ubi. s. quod inheremus deo non mente nostra sed exhortationibus

angelorum nec forte sunt potentiores mente nostra immo toti mundo est. superbiat mens inherens deo. quomodo ergo separant nos a caritate dei ad quam nos etiam hortantur. ergo nec nos errat. Item dicit. nec instantia. i. instantes molestie nos separant. Cuius ratio est secundum Augustinum ubi supra. Quia ego ipso eas leniores sentimus quo et a quo nos separare moluntur arcus inheremus. Caritas enim omnia sustinet & ipsa est morientium. ut dicit Augustinus de laude caritatis. ergo non separatur sed unit. Item nec futura scilicet promissa futurorum. Cuius rationem secundum Augustinum ubi supra. Quia quicquid boni futurum est certum promittitur. & nihil est ipsi deo melius quam iam perfecto sibi inherentibus presens est ergo etc. Item neque fortitudo. i. violentia alicuius. Ratio secundum apostolum corinthios. c. Quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Ideo i. Corinthios. xij. Omnia caritas potest omnia sustinet & nunquam excidit. Igitur Augustinus. super illud Jobis. vi. Cum qui venit ad me. dicit. Veniamus ad eum ut incorporeremur ei ut nos non faciamus voluntatem nostram sed voluntatem dei & non eiciet nos foras. sed in exilium tenebrarum. sed si ingrediamur pascua inueniemus nostram nutrientiam caritatem que nos perpetuet. Figura. ij. Re. ix. ubi David dixit ad Achishbozeth. Tu comedis panem meum in mensa mea omnibus diebus vite tue. Quod ut nobis etc.

**De naso sermo sextus.**

**R**eciamus hominem uti. In proximo sermone audivistis de auribus dei. Hodie de naso. Nasus secundum Constantinum nares dicuntur. quod gnari. quod sicut ad discernendum inter odores virtualiter docti esse debemus. Et ideo ut ait Galenus. Ignari dicuntur qui quasi sine nare discretionem debitam non utuntur. Sunt nares illa membra per que odores discernimus per que spiritum ambelitus attrahimus & per que superflua omnia cerebri euacuamus. Habet enim nasus interius duo foramina videlicet unum quod tendit ad deuitatem & alterum quod tendit sursum ad cerebri & illic aer inde feratur ut inde spiritus animales ad sensum odoratum perficiendum inferatur a cerebro attrahatur. Secunda diffinitio eiusdem instrumentorum odoratum sunt due carnicule in modum vberum a naribus dependentes que aerem per odorem immutatam attrahunt & recipiunt & per nervos sibi infixos ad cerebrum

transmittunt qui ipsum aerem iudicio fursu ferunt. Nasus ne  
cesse conuenit ad multa. Est enim membrum aeris attractiuum et re  
missiuum inter odores discretiuum per attractionem aeris pulmomi di  
latiuum & contractiuum aeris frigidi ne ledat pulmonem. Nasus est  
etiam faciei principium decoratiuum. quia naso absciso homo totaliter  
dehonestatur. **Tercia diffinitio Aristotelis in principio phi  
zonomie.** Cum conditiones anime secundum dispositionem corporis variatur.  
sicut album vitrum in vitro rubeo rubrum esse videtur. Hinc est quod  
secundum dispositiones et aliorum membrorum de conditionibus anime iudi  
cantur. Unde dicitur quod nares nimis aperte fatuitatem & mentis  
indignationem stricte per oppositum pretendunt. Item gratia  
litas nasi in acuta infirmitate signum est mortis maxime si ocu  
lorum concauitas comitetur. Item nasus nimis paruus aut ni  
mis magnus aut nimis curtus reprehenditur & iste qui eum habet  
a sacerdotio in leuitico reprobatur. Item nasus impeditur ab  
odoratu. aliquando fluxu humorum a cerebro ueniente. aliquando  
per frigiditatem constringentem. aliquando per caliditatem dissoluentem.  
aliquando per corruptum humorem carnuculas interius inscientem et  
fetorem anhelitus inducentem. **In hys diffinitionibus tria  
sunt significantia.** scilicet christi sagacitatem qua omnia videt.  
boni hominis prudentiam qua omnia disponit. mali hominis su  
perbiam qua omnia confundit. Omnia enim que bona sunt & bene  
fiant quo ad hominum apparentiam. Deus autem per nares odorem  
intentionis deprehendit & bonum a malo diuidit. bonum eligit malum  
reiecit. Nam Genesim. iij. Adam duos filios habuit. Cayn et Abel quorum  
vterque cultor agrorum videlicet Cayn. alii pastor ouium videlicet Abel  
vterque munera obtulerunt sed non vterque in odore placuit. Nam respe  
xit dominus munera Abel. ad munera autem Cayn non respexit. quia per  
odorem dum oblata cremarentur intentiones deorum deprehendit cum ab vtro  
que oblationibus fumus. ab oblatione Abel fursu. Cayn vero deorsum  
ferebat. & hoc sicut dicunt doctores propter diuertitatem intentionum.  
Vnde Genesim. viij. Edificauit Noe altare domino et obtulit super illud  
holocausta et odoratus est dominus odorem suauitatis. Et dixit. Ne  
quaquam ultra maledicam terre propter homines et delebo deinceps  
diluuium omnem carnem. Genesim. xij. Apparuit dominus Abrahe

in conuallibus mambre ubi Abraham edificauit altare & ob  
tulit super illud holocausta & odoratus est dominus odorem su  
auitatis. & dixit. Terram hanc tibi dabo & semini tuo in semper  
piternum. Quare hoc dixit. quia dominus non solum eorum beneficia.  
sed intentionis odorem deprehendebat. Contra odorem oblationis  
Dathan & Abyron imponentes inuidiose ignem alienum non appro  
bat. quia eos viuos terra absorbit. Numeri. xvi. Et non solum  
ista nouit in veteri testamento sed in humanitate assumpta in nouo  
hominum intentiones deprehendit. unde & eorum oblationem accepta  
uit. Quartum vero tamen abominabantur quod nec ipse nec aliqui suo  
rum eum viderent. Item Matthei. ij. Malicia eiusdem odorauit quoniam in  
egyptum fugit. Item quoniam eius mortem presensit & reuertebatur  
Item Iohannis. vij. Ambulabat Ihesus in galilea non enim vole  
bat in iudea ambulare quia querebant eum iudei interficere. & non  
solum tunc sed & nunc hominum intentiones deprehendit potissime  
in tribus. videlicet in cogitationibus. locutionibus. operationibus.  
Primo namque cogitationes bonorum. Cantici. ij. Viree florentes odo  
rem dederunt suum. Quid per flores nisi cogitationes. quia sicut per fo  
lia verba & fructus opera. sic per flores scriptura cogitationes desi  
gnat. Cantici. i. Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odo  
rem suum. Secundo locutionibus scilicet in oratione. Nam nostre  
orationes locutiones sunt cum deo. quarum intentiones odorant Apocalypsis. viij.  
Vni de septem angelis datum est thuribulum aureum et mensa  
multa & ascendit fumus aromatum in conspectu domini. que  
sunt orationes sanctorum. sicut dicitur ibidem. Psalmus. Dirigat ad te  
oratio mea etc. Tercio operationibus. Nam duplex bonum opus odo  
rat altissimum. videlicet oblationem in templo nunc in pauca populo.  
In quorum figura duplex fuit altare. vnum quod erat in tabernaculo  
tectum auro in quo cremabantur thymiama designans dei oblationem.  
Aliud in atrio ereum in quo carnes. designans carnes misera  
tionum vtriusque odorem odorabat deus. Job. iij. Spiritus  
domini in auribus meis non loquetur verba mea iniquitate. sup  
ple ad damnandum vel premendum. Contra cogitationes in  
quas. verba maliloqua. opera nepharia. fetent in naribus dei.  
De quo habetur Iseie. tricesimo quarto. De cadaveribus

perius ad caput. Item fm Constantinum. Cor duas habet cō-  
cavitates seu ventriculum dextrum videlicet & sinistrū. Et fm

Augustinū de spū & aīa. In dextro ventriculo cordis plus est de sanguine. In sinistro autem plus de spiritu q̄ de sanguine. Item latitudo cordis habet quedā ossā cartilaginea que sedes cordis a medicis appellantur. habet etiam. quendam pāniculum in quo inuoluitur. quod capsula nuncupat̄. sicut dicit Constantinus. Et sic patet secunda diffinitio. Sequit̄ tertia. Cor multis modis patitur. videlicet quādoq; excessiuo calore sanguinem ebullientem. quādoq; excessiuā frigiditate sanguinem congelantem. quādoq; ex apostemate se in cordis capsula congregante. quādoq; ex fumositate corrupta de mēbris ad cor ascendente. quādoq; egresso humore ventriculos opilante. quādoq; ex dissolutione spiritus cor perturbante. Item dicit Galis. q̄ si cor fuerit frigidum & humidū est pulsus in oculis & effeminatus & econuerso. Item falco & aues predales pre omnibus desiderant cor in preda sua. Et sic patent diffinitiones. ¶ In hys tria notare debemus. videlicet. patris sollicitudinem. boni reuerentiam. mali turpitudinem. Nota primo patris sollicitudinem dādo nobis cor suum quod fuit unigenitus filius suus quem de suo corde genuit. Hanc sollicitudinem pro veteribus non habuit quibus hoc cor non dedit. Jere. v. Populus stultus non habet cor. Nunc autem ecclesia hoc corde dotata merito dicit. Cor meum & caro mea requiescet in spe. id est. cor diuinitatis & cor humanitatis requiescent in spe eterne saluationis. Cor istud est quod omnium nostrum iniquitates curas sollicitudines scientias in se portauit. Isay. liij. Deposuit super eum omnium nostrum iniquitates. i. Petri. ij. Peccata nostra ipse portauit in corpore suo super lignum. Nota illud cor in medio semper locatū fuit. In natiuitate in medio duorum aīaliū Lu. ij. In tēplo in medio doctorum Lu. ij. In passione in medio latronū Iohis. xix. In domo in medio discipulorum Iohis. xx. Quare hoc nempe ut oñderet se oīm languorē gerere. Nā quatuor sūt genera hominum quidam simplices mechanici. alij p̄ stulticiā. boues p̄ imūdiā quibus se p̄ponit in prespio p̄ innocētiā. quidā m̄gri & p̄dicatores quibus se p̄ponit per scientiā & sapiētiā. qdā p̄ctores

quorum quidam penitentes per latronem dextre. quidā desperantes sinistre. quibus suā p̄ponit passionem ut dextri cōsidentur & sinistri cōsolent̄. Quidāz religiosi inclusi qui multipharte tribulantur quibus suam exhibet presentiaz ut frequenter per gratiam visitando dicens eis. Pax vobis videte manus meas ic̄. ut confortentur. Lu. xxij. Nonne ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Item concauum fuit illud cor per humilitatem. Mat̄. xi. Modis sum & humilis corde. Carneum per pietatem. Ezech. xi. Auferam a vobis dicit pater celestis cor lapideum iusticie & crudelitatis & dabo vobis cor carneum & filium meum misericordie & pietatis. lōgum per longanimitatem. durum per pacientiam. rotundum per infirmitatē. acutum per rigiditatem. De hys omnib; .iij. Regū. viij. Erat cor eius perfectum coram domino. Qd̄ aut̄ dicit̄ q̄ cor habet pulmonem conuinctum. Quid per pulmonem nisi sanctissimā virginem Mariā que figurat̄ per Abigail. iij. Regū. xxi. q̄ inā David regis mitigauit. Vnde Bern. Tu mater dei tu mater hominis. tu mater rei tu mater iusti. tu mater regis tu mater exul. cū sis mater vtrūq; discordiā inter filios non cōsentis. Et sic p̄t̄ prima. Sequit̄ secunda. Cor q̄ primo natura format in homine. fidem designat quam primo formare debem; tanq̄ membrum principale a quo vita & gratia p̄cedit & calor amicicie & caritatis. Abacuc. ij. Iustus ex fide vivit. nec hoc vacat q̄ natura super omnia cor diligit quod in morte ostendit exemplo hominis tenentis villam ciuitatem & castrum ad custodiendum. quando videt q̄ omnia tenere non potest. primo ad ciuitatem d̄ villa. de ciuitate ad castrum facit refugium. Sic natura imminente morte ab extremitatibus pedum manuumq; & alia facit refugium. Vnde ergo dicitur Prouerb. iij. Omnia custodia serua cor tuum quoniam ab ipso vita p̄cedit. Sicut autem castrum per tria dissipatur. sic per tria conseruatur. videlicet. familiam discordantem. dominum deturbatē. hostem insidiantem. Primum familia sunt cogitationes deprauantes & discordantes de bono ad malum. Isaye. Cor populi huius deprauatum est & dominus domus voluntas deturbata est.

ex qua castrum cordis confringitur & deturpatur. Eccl̄. xxi. Cor fatu quasi vas fractum hostis domus est malicia indurata ex qua castrum perditur. Osee. iij. Fornicatio. vinum & ebrietas auferunt cor. Sic per oppositum sunt tria per que castrum conseruatur. que beatus Bern̄. docet dicens super verbo Prouerb̄. iij. Omni custodia ad conseruandum hoc castru tria nobis necessaria sunt. videlicet. munitio. armis. alimentis. Murus & an̄ murale patientia & continentia. bonus continentia murus qui sic vndiq; circūcingit cor vt nec per oculorū fenestras nec per aliorū sensuū portas introitum consentit patientia. que omni modo indignationis negat accessum. Secūdo necessaria sunt arma. non solū ad repellendū sed ad resistendum. Arma repulsiua sunt orationes. ad resistendum caritas. qua longe inimicus noster dyabolus cruciat̄ grauissime. Tercium est alimentum et hoc duplex. vnum verbum dei. aliud sacramenti corporis domini. sine quibus nec muri firmantur nec arma suffragant̄. Vñ duo in nobis corporis & sanguinis dñi operantur. vt videlicet sensum munit. & grauibus criminibus omnino tollat sensum. Hec ille. Item cor declinans ad sinistram amicitia. Iudicū. v. Cor meū dilige principes. Iste enī principaliter debz puidere ad sinistram aduersitatis. qz verus amor magis ostenditur in sinistra aduersitatis q̄ in dextera prosperitatis. Prouerb̄. xvij. Qui tpe diligit qui amicus est & frat̄ in angustijs cōprobat̄. Et ideo qui bn̄ vult pbare dispositionē cordis. i. dilectionis tangat pulsum in sinistra non in dextera. tangat & probat hominem in aduersitate non prosperitate. quia pro certo certior est probatio in sinistra aduersitatis. Seneca. Amicū prosperitas inuenit aduersitas probat. Item cor animalium in medio. hominis declinans ad sinistra. Sic omnia animalia. i. layci qui propter simplicitatem animalibus comparantur. habent cor in medio equitatis & iusticie. Clerici vero & qui sapientes esse deberent habent cor magis peruersum. Ps̄. Cor autem eorum non erat rectum cum eo. Baruth. vi. Bestie meliores sunt illis. Item solum pisces habent cor versus sursum. sic vacantes in aquis gratiarum. quorum paruus est numerus. habent sursum

cor. Job. xxxij. Si duxerit cor suum ad dominum spiritum illius et flatum ad se trahat. Reliqui omnes tenent infra cor ad terrena. Ps̄. Dorsum eorum semper incurua. Item cor duos habet ventriculos. i. duos affectus. i. amores dextrum prosperitatis & sinistram aduersitatis. Illi ergo qui sunt in corde ecclesie in sinistra aduersitatis pleni sunt ventu. i. spiritu gratiarum & virtutum. Illi vero qui in dextro prosperitatis & diuiciarum magis habundant sanguine carnalitatis imundicie & fedicitatis. Jobis. xij. Quod natum est ex carne caro est. quod natum ex spiritu spiritus est. Item latitudo cordis. sic spūaliter in corde mentis tria sunt. Primū constantie fortitudo per ossa cathalegniola. vt qd̄ promittimus & volumus fortit̄ teneamus. Ps̄. Vouete & reddite. Aures obedientie. Ps̄. Audiā quid loquatur in me dñs deus. Bern̄. Verus obediens mandatum non percrastinat. Tercium discretio absconsiua per capsulam. Ista enim debet cor nostrum celare & cōcludere vt ne ultra debitum aperiat. Eccl̄. viij. Non omni homini cor tuum manifestes. Contra qd̄ faciūt stulti. & quibus Eccl̄. xxi. In ore fatuorū cor illorū & in corde sapientū os eorū. Sequit̄ de terciā diffinitione. scz qz sex sūt offensiua cordis. sic sex sūt offensiua conscientie. q̄ sunt videlicet. Calor auaricie. Ps̄. Cōcaluit cor meū intra me. Frigus inuidie. Job. xli. Cor ei⁹ indurabit̄ quasi lapis. Apostema supbie. ij. Paralipomen. xxxij. Eleuatum est cor ei⁹ & facta est ira dñi contra eū. Fetor infamie. Ps̄. Cor meū conturbatum est in me. Dumoz luxurie. Job. xxij. De⁹ molliuit cor meū & opem conturbauit me. Aer detractionis. Ps̄. Os meū apui & atraxi spūm. Sequit̄ statim. Tribulationes cordis mei etc. Itē dicit Si cor fuerit frigidū. verū est quia frigidū sūt in amore dei. mundi in delicijs tardi sunt & pigri ad cultū dei. & e conuerso. Daniel. iij. Cor eius ab humano cōmutetur & cor fere detur ei. falco. i. dyabol⁹ pre omnibus appetit cor nrm. Vñ bn̄ dicit Prouerb̄. iij. Omni custodia serua cor tuū. Sequit̄ de aduertu. Expeditis ergo vtrūq; duobus pmissis. nūc superest tēū & ornatu. s. explanare. Et ptz ordo. qz prius ē pctā lauare postea lotum ornare. Vñ Exo. xl. dicit. Applicant Aaron & filios ei⁹

ad fores tabernaculi testimonij et lotos aque induere sanctis ve-  
stibus. Et Ruth. in. Lauare igitur & vngere & induere cultio-  
ribus vestibus tuis etc. Et Judith. x. legitur. Lauit Judith cor-  
pus suum & vngit mirra optima. quod vtiq; pertinet ad ornatu  
Itaq; psequi d' ornatu. Adorna thalamu tuu syon. quod si sta-  
tim subiungit. Et suscipe virgo christi. Et licet omnes virtutes  
sunt plus et minus faciunt ad ornatu. cum nullo modo de? nude  
aie sine vestitu virtutu se coniungat. Testante Bern. qui dicit.  
Deus qui dñs virtutum dicitur nequaquam thalamu mentis ingre-  
ditur nisi lectulus conscientie fuerit virtutibus adornatus. & qua-  
to amplius ornatus fuerit tanto habundantioribus gratiis dei  
presentia cumulatur. Unde Exo. dicitur. Nunc pone ornatu tuum  
ut sciam quid faciam tibi. si dicat Isay. sicut magnitudinem ope-  
rum erit visitatio eorum. Et licet inq; oēs virtutes ut dictum  
est faciunt ad ornatu. obmissis tñ hys oibus ne pleriq; sermo  
tediu generet. d' vno genere deuotionis dicemus deuota anima  
maxie sponsam faciens spousumq; maxie alliciens. sine quo nul-  
lo modo copia sua dabitur est modus & hic vehementer desideri-  
um quod est diuine presentie maxie attractiuu. sicut ab eo qui  
expertus est edocemur. Ignis autem ipsu precedet. glo. ignis scilicet  
desiderij. Vñ Bern. Oportet ut ardor desiderij pueniat facies  
eius ad oem aiaz ad quam ipse est venturus. qui omnem consu-  
mit rubiginem vicioz. & sic prepet locum dño. et tunc scit aia  
quoniam iuxta est dñs cum se sentit illo igne succensam. Tali inq; aie  
affligenti se p desiderio interdū desideratus occurrit. Et licet ni-  
hil dignius deo. nihil indignius aie peccatrice. ut ex hoc desi-  
derium aie potius insolentia vlt' presumptio possit dici tñ quia  
amor reuerentiam noscit cum ad hoc ventu fuerit aia deuota ab  
hoc sancto desiderio se non poterit continere. quia desiderium  
sponsi anime desiderium preuenit. preparat & accendat etc.

Pro themate duodecimi sermonis.

**H**adum? homine vts. In antecedentibus audiuitis de tri-  
bus gradibus. Primum? intentio. secundus meditatio. tertius  
contemplatio. Hodie audietis de quarto qui dicitur af-  
fectio. & sequitur contemplationem dicente Aug. v. de trinitate.

e. penultio. Quanto flagrantius deum diligimus tanto certius &  
serenius eum videmus. Quid sit affectio. Hugo ostendit in libro  
qui incipit. Accipe frater karissime. dicit. Affectus est sponta-  
nea quedam ac dulcis ipsius animi ad aliquod inclinatio. Sunt  
autem sex affectiones & amores quibus inclinamur ad aliquod  
videlicet. Naturalis. carnalis. officialis. rationalis. spiritualis. di-  
uinalis. **N**aturalis affectus est cuiuslibet ad carne sua. Ne-  
mo enim vnquam carnem suam odio habuit Eph. v. Item mater ad  
filium. Non enim potest obliuisci infantem vteri sui Isay. xlix.  
Item ad domesticum. qui enim domesticorum suorum curam non ha-  
bet fide negauit & est infideli deterior. i. Ad Thi. iiii. Huc sa-  
ne affectum sic amittere impossibile est ita non sequi sume vir-  
tutis est nisi ratione reguletur. semper enim affectus ille mollia sug-  
gerit et suauia quod iocundum quod terrenum quod voluptuosum quod  
delicatum libenter amplectitur. quod autem asperum quod voluntati  
contrarium omni horrore refugit huius executio amoris pueria est  
Vñ saluator Jobis. xij. Qui amat aiam suam etc. **C**arnalis  
affectus duplex est. plerumque neque virtus neque viciu est. sicut est  
dam hominis exterioris habitudo animi intuitus inclinans faci-  
le quippe alicuius forma elongatior suauior venustus aspectus  
& ignorantis qualis ipse est sic prouocat & astringit affectu.  
Hoc in puero Moyses apparuit. qui propter formam tribus mensi-  
bus contra preceptum Pharaonis fuit occultatus & tandem ab  
eius filia in filium fuit adoptatus. porro quod ad noxiam volupta-  
tem species compungit nemo sani capitis dubitauit. hic Dauid  
ad speciem Bersabee preuenit incautum preuentum dissoluit.  
dissolutum obruit. hac sapiam Salomons absorbit & carna-  
li libidine dissolutum in spiritualis fornicationis baratrum et  
nephandissima ydolorum culturam deiecit. **O**fficiale affectu  
dicimus. qui numerum & obsequiorum exhibitorum quorum-  
dam aios inclinat qui quis sit periculosus tamen admittendus est  
ne sis ingratus officio. sicut permaxime cauendum est ne tam ho-  
mini piciatur quam vicio. Ab isto affectu multum differt affectio  
caritativa. quod ista querit que sua sunt. per caritatem autem sin-  
gula sunt omnium & singulorum oia. quod non querit que sua sunt.

Rationalis affectus est qui ex consideratione aliene virtutis oritur & cum oculis nostris cuiuslibet virtutis vel sanctitas explorat. vel fama divulgata mentem nostram dulcedis suauitatem perfundit. Hic est affectus qui nos audita triumphali martiris passione suauissima deuotione compungit. Spiritualis duplex est vel a spiritu malo vel humano. A malo quoniam declinat ad vicia vel luxurie vel auaricie. Primo Amos filius Dauid ipse fororis exarsis amplexus. ij. Re. xiiij. Secundo in Iuda ut dominum traderet. Mathe. xxvi. Ab humano tamen ex innata genuitate quae ex studiosa acquisitione oritur. quoniam affectus diuinus qui a solo deo supernaturaliter infunditur. Ro. v. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris. Quod ut nobis fiat etc.

De stomacho sermo duodecimus.

**H**ic etiam de homine utitur. Veri audiuistis de corde. hodie audietis de stomacho. secundum Iherosolimitanos. Stomachus grece os vel ostium latine dicitur. Est enim os ventris. quia cibos recipit & partem puram ad intestina mittit aliam vero partem in humores auertit quibus originaliter corpus nutrit. dum ipsos per quosdam venas ad membra deriuat & educit. Secunda diffinitio secundum Constantinum stomachus est membrum rotundum oblongum cavum asper tamen interius & villosum carnosum flexibile duobus orificiis superioris & inferioris perforatum. rotundus est ne aliqua superfluitas in angulis occultetur. villosus est ut cibos per villos in loco digestionis per calorem digestio melius adiuuetur. Et sic patet diffinitio secunda. Sequitur tertia. Stomachus & praecipue humanus a parte superiori est strictus inferius latus. Item Constantinus libro. i. c. xiiij. Stomachus calidus grossos cibos bene digerit subtiles bene consumit. sic nec parum sed multum sibi sufficit. Contra frigidus cibos grossos non bene digerit subtiles requirit pauco contentatur. Stomachus multas incurrit infirmitates notabiles in digestionem vomitionem singultum ruinationem fluxum. Et hoc totum ex repletionem & inanitionem aliorum membrorum associacione inflatione. In his tria notantur. videlicet Christi magisterium. iusti desiderium. status malignitatem. Notandum quo ad primam diffinitionem quod non immerito unigenitus filius dei os vel ianua dicitur. Nam de ore dicit pater

per Isaiam. xxx. Os meum non interrogastis ut descendatis in egyptum. Nunc vero dicit ad ecclesiam Mathe. v. Aperiens os suum. quod autem sit ostium totius ecclesie patet Jobis. x. Ego sum ostium dicit dominus per me sicut etc. & per consequens non immerito stomachus ecclesie dicitur. Nam quemadmodum membris fortitudinem ammittit & ipsum reicit. sic christus docuit quid assumere videlicet septem sacramenta. Baptismum docuit Mathe. ultimo. baptisantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et penitentiam docuit Lu. xvij. Ite ostendite vos sacerdotibus. Ite Iohannis. xx. Quorum remissionem peccata remittuntur eis. Communionem docuit Mathe. xxvi. Accipite & comedite hoc est corpus meum. Matrimonium Mathe. xix. Quos deus coniungit homo non sepat. Ordinem quoniam dixit. Lu. xxij. Hoc facite in meam commemorationem. Mathe. xvi. Quodcumque ligaueritis etc. Confirmationem Mathe. xxiiij. Qui autem perseverauerit usque in finem etc. Vnctionem Mathe. vi. Ungebant oleo multos egros & sanabantur. Jacobi. v. Infirmum autem quis ex vobis inducat presbiteros ecclesie & orent super eum. Secundo docuit quid faciendum. quia octo beatitudines & sex opera misericordie. De primo Mathe. v. Beati pauperes spiritu etc. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam. Beati eritis cum vos maledixerint etc. Item docuit opera misericordie que septem sunt. Esurui & dedistis mihi manducare. sitiui & dedistis mihi bibere. hospes fui & collegistis me. nudus et cooperuistis me. in carcere et liberastis me. Infirmus et visitastis me. Addit septimum. Tobie i. sepelire mortuos. Tercio autem docuit quid acere. quia septem peccata mortalia. In cuius figura septem demonia a maria eiecit Lu. vii. Et primo superbiam Mathe. xi. Discite a me etc. Auariciam Mathe. xix. Facilius est camelum etc. Inuidiam Mathe. v. Diligite inimicos vestros etc. Iracundiam Mathe. v. Quicumque dixerit fratri suo etc. Gula Lu. xx. Videte ne grauentur corda

vestra crapula. Luxuriam Math. xix. Qui potest capere. Accidiam Math. xxij. Vigilare quia nescitis etc. Ecce qualis stomachus christi. Osee. xi. Ego nutrice effraym. Figuratur per Joseph Gen. xli. qui ideo saluator mundi dicitur fuit quia nutriuit Egyptum. Multo magis Iesus. Ille scilicet Joseph septem annis. Iste scilicet christus usque ad diem novissimum nutrire non cessat. Ps. Gustate & videte. Et sic patet primum. Sequitur secundum. Secundo stomachus designat iusti desiderium qui cibum bonum trine ab ore predicatoris qui os domini dicitur sumit. Jer. xv. Si sepaueris preciosum a vili quasi os meum eris & virtutes anime vegetat & nutrit. & quod purum est retinet. malum vero et impurum foras mittit. Math. xij. Elegerunt bonos in vasa sua malos autem foras miserunt. Item debet esse rotundus per simplicitatem sine angulo quo posset retinere heresis pravitate. incantationem fortilegia. ij. Regum. vii. Erat in similitudine vasis quedam rotunditas. Item asper & villosus per quandam iactantiam ut cibum gratie retineat ne labitur per oblivionis facultatem. Lu. vii. Verbum dei retinent & fructum afferunt in patientia. Cōcau? per humilitatem. ut omnia libenter capiat. Asper per fidelitatem. Sapientie. vii. Attingit a fine usque ad finem. Dicit hic de procuratoribus. qui si fuerint frigidi. i. sine igne caritatis & fidelitatis male dant membris. i. inferioribus male dispensant. Luc. xix. Serue nequam quare non dedisti pecuniam meam etc. Si vero boni unde & fideliter. ibidem. Euge serue bone etc. Carnosus per pietatem. flexibilis per obedientiam ut possit se dilatare vel stringere secundum dei beneplaciti voluntatem. Sapientie. xvi. Unusquisque voluntati deseruiens ad quod unusquisque volebatuertebat. Stomachus quing? frustriculis epatis circui? sic conscientia viri iusti quing? vulneribus saluatoris ex quibus stomachus conscientie icalescat ut cibum vicioz valeat digerere & cibum sacramenti fumere. Galathas ultio. Ego stigmata Iesu in corpore meo porto etc. Vel dic quod stomachus est iudex & palat? quod ab ore regis vel pape recipit legis nutrimentum debet circa se probos calidos igne spiritus sancti succellos habere ut possit iusticiam recte dirigere. Eccl. ix. Viri iusti sint tibi iuuue. **¶** Sequitur tertia diffinitio quod stomachus

designat statum malignantium. stomachus & precipue humana a parte superiori strictus a parte inferiori illatus designat gulosos. qui duplici cibo indigent. videlicet spirituali & carnali. Sed stomachum ad cibum spiritualem qui venit de supernis habet strictum. quia in modico contentantur. Ps. Omnem escam abhominata est anima eorum. Ad cibum vero carnalem qui est inferior habent stomachum nimis latum. Philippen. ij. Multi enim ambulat de quibus sepe dicebam. ij. Regum. ultio. Princeps cocorum subuertit muros Iherusalem. Sic cocci coquinaz muros anime. i. virtutes. i. Corin. ix. Castigo corpus meum etc. Vel aliter. stomachus designat auaros habentes stomachum latum cupiditatis ad inferiora terrena strictum ad superna celestia. Colo. ij. Que sursum sunt querite non que super terram. Stomachus calidus signat hominem calore auaricie estuantem grossos cibos bonorum temporalium solet optime digerere. subtiles vero bonorum spiritualium solet consumere. i. in nihilum redigere. Eccl. xxij. Anima calida quasi ignis ardens non requiescit donec aliquid deglutiat. Illi vero qui dei timore frigidi viri sancti grossos cibos terrenorum non bene digerunt quia mundi negociis se non libenter implicant. subtilia vero. i. spiritualia tantum tractant & modico contentantur. Proverbia. xvii. Sufficit tibi lac caprarum in cibos tuos. Stomachus conscientie multa patitur in digestionem insolentie. vomitum iactantie singultum inuidie. ructuationem detractionis. fluxum carnalis infectionis. Hec enim omnia generantur in homine ex vacuitate virtutum repletione terrenorum. corruptione voluptatis. defectu constantie & probitatis. aliorum male societatis. Ex quibus etiam accidit inflatio superbie. insatiabilitas auaricie & cupiditatis. necnon fastidium & displicentia verbi dei seu audite veritatis. Eccl. xij. Venter impiorum insatiabilis. **¶** Sequitur de aduentu quo ad desiderium. In prehabitis dictum est de anime desiderio. Pro quo sex nobis sunt diligentissime consideranda. Primum est miseria conditionis. secundum constantia hostilis impugnationis. tertium certitudo promissionis. Quartum utilitas exhibitionis. quintum imperfectio consolationis. sextum insufficientia diuine communionis. Ista sex mouebant & incitabant antiquos pres ad desiderandum aduentum

eius. quoz vnus ex impatienti desiderio aiebat. Vtinam disru-  
peres celos et descenderes. *Isay. lxiii.* Alius. Veni ad libera-  
dum nos. Tercius improprado clamabat. Extendens celum fi-  
cut pellem. Ac si dicat. Celum plenum est gratia nec descendit.  
Alius clamabat. putas durabo putas inueniat illa natiuitas.  
Hys & similibus clamoribus deus tandem victus dixit. Ecce assu-  
*Isay. liij.* Quorum desiderium Berni. consideras ait. Ardorem desi-  
derij patrum suspirantium christi presentiam frequentissime cogitas con-  
pungor & confundor in meipso & mentis vix contineo lacrimas  
ita me pudet teporis cordisq; miserabiliu temporu horu. Quis  
enim iam tam gaudet de huius gratie exhibitione quam veteres san-  
cti desiderium habebant. licet in longum de promissione nec est diffi-  
milis ratio. sicut enim promissio dei patrum desideria accendebat  
de presentia corporali. sic eiusdem dei promissio nos accedere  
deberet de aduentu spirituali. Primum igitur excitans ad deside-  
rium est misera conditionis per quam nullum operis fructum per nos  
& ex nobis facere possumus sine illo. Ex quorum persona dicit  
*Jere. xv.* Non feneravi ne feneravit mihi quisquam omnes maledicunt  
mihi. Quod est dicere. Nec me quicquam boni facio nec aliorum  
proderunt mihi ad salutem quamdiu alieni sed quod detestor est ali-  
orum bona mihi misero maledicunt. Sic e converso. deum habens  
tamen omnia cooperatur in bonum. Sicut de beato viro legitur. *Folis*  
*um eius non defluet etc.* Propter quod saluator ait *Johannis*  
*xv.* Sine me nihil potestis facere. Hec ergo misera sic deside-  
rata nostrum desiderium ad dei presentiam affectandum merito infla-  
matur. quia in hac misera constituti nec malo resistimus nec bo-  
num facimus ut oportet. Secundum desiderium nostrum excitans est  
instantia hostilis impugnationis. cuius nullum aliud est studium nisi  
fundere sanguinem animarum. Quia ut dicit Berni. Nulle nocendi  
artibus corda hominum temptare non cessant quos tamen videre non  
possumus cum spiritus sint. quos nihilominus astutos fecit tam natu-  
ra subtilis quam longa exortatio malicie huius et infinite sunt nu-  
mero. eis resistere non humane virtutis sed numeris est diuine.  
Oportet ergo desiderandus est et toto desiderio inuocandus qui  
solus animas nostras ab huiusmodi temptatoribus defensaret.

Tercium mouens et incitans ad dei presentiam suspicandum est  
certitudo promissionis. Deus enim verax est ideo ipsa veritas. de  
qua dicit *Proverb. viij.* Iusti sunt omnes sermones mei non est in  
eis prauum quid neque perversum. Et in *Ps.* Que procedunt de labijs  
meis non faciunt irrita. Et in euangelio *Lu. xxi.* Celum et terra tran-  
sibunt verba autem mea non transibunt. Hec ergo veritas que pro-  
misit necessario adimplebit. & quod promissit deuote anime per deside-  
rio se afflictanti veraciter se in spiritu daturum. & ubi promissit. In  
*Apoc. vltio.* Ecce venio cito et merces mea mecum est. Et in  
euangelio *Johis. xiiii.* Siquis diligit me sermonem meum serua-  
bit & pater meus diliget eum & ad eum veniet & mansione apud  
eum faciemus. *Ite Math. xxiiii.* Vigilate quia nescitis qua ho-  
ra dominus vester venturus sit. Hec ergo irrefragibilis veritas pro-  
mittens pietas volens. fortitudo omnipotentis nostrum deberet me-  
rito desiderium inflammare. Quartum nostrum desiderium excitans est  
utilitas exhibitionis. Ipso enim habito habetur omne bonum.  
Ipse enim de se dicit. In me gratia omnis vite & veritatis que  
est in patria ubi deum facie ad faciem videbimus. Similiter in  
me est omnis spes vite & virtutis. eo ergo habito qui est vas  
omnis gratie habetur verissime omne bonum. Deus autem ve-  
niens ad suam pauperulam dicere poterit illud *Gen. xxx.* Vbi  
Jacob dixit ad Laban. Pauper fuisti antequam venirem ad te.  
nunc autem diues effectus es & benedixit tibi deus ad intro-  
itum meum. Ipsa autem viceversa illud *Tobie. x.* Omnia simul  
in te vno habentes non te debemus dimittere a nobis. ut me-  
rito possit dicere illud. *ij. Regu. xxiiii.* Cuncta salus mea & omnis  
voluntas nec est quicquam quod ex ea non germinat. *Glo. in gram*  
& salutem. Taliter enim viuens fugat vicia solidat virtutes per  
mouet ad perfectum. ut dicere possit illud *Isay. lrv.* Ego creo  
celos nouos & terram & erunt in memoria priora & non ascendent  
super cor sed gaudebitis & exultabitis quia oblivioni tradite sunt an-  
gustie prioris. Ex his & similibus deuote anime ad dei presentiam pro-  
uenientibus nostrum desiderium deberet merito inflammare. Quintum  
ergo mouens et promouens ad dei presentiam desiderandum & ex intus  
corde nostri medullitis affectanda est imperfectio consolationis.



Omnis enim solatio rerum temporalium puritatem habet. quidam faciunt & alii habendum desiderium purgat. sed habita nausea faciunt fastidium in habente. sed nec quisquam sanctorum sufficientem solationem exhibere potuit quippe qui solationem requirerent sicut omnes. Moyses enim impeditiois erat lingue. Exo. iij. Isaya labia imunda sunt. Isay. vi. Jeremias nescit loqui quia puer est. Jere. i. Et prophete omnes elingues sunt. sed qui noluit consolari ad hanc solationem omnes homines remittebat. propter quod de omnibus insufficientibus solatoribus dixit Job. xvi. Consolatores omnes onerosi vos estis. quia non datis quod promittitis. vel si datis non sufficit usque. Unde Osee. xiii. Consolatio abscondita est ne solatione terrena contenti dei consolationem minus curarem. Merito ergo relictis insufficientibus solationibus ad dei solationem toto debemus conamine suspirare. Sextum nostrum desiderium inflammans est affectus deuotionis que ex ipsa re promissa in cordibus hominum excitatur. Tante enim dulcedinis est illud quod nobis promittitur ut audito solo eius nomine deuotio merito inflammetur precepi desiderium ingerit ad habendum multo & infinitum plus illud quod re & nomine est dulcissimum ex sola cordis & oris contractione desiderium generat & accendit. Unde de hoc virtuosissimo bono dicit in Canticis. i. Oleum effusum nomen tuum. quia sicut oleum cum tractatur fortiter saporem de se effundit & diffundit. sic Ihesu nomen sapit nominatum vel etiam cogitatum. propter quod propheta dicit. Memorabile tuum ut vinum libani quod dulciter potatum suauiter inebriat. Unde hunc sensum alius quidam commemorat dicens Isay. xvi. Nomen tuum & memorabile tuum in desiderio anime. Qui autem huius nominis memorati vel cogitati dulcedinem non gustabit. hoc ex eo non est quod vinum non sit dulce. sed insipides habent fauces. is autem qui cor suum ad gustandum huius nominis dulcedinem preparauerit. Bern. videlicet de hoc nomine dixit. Ihesus est mel in ore. melos in aure. in bilis in corde. Hec autem considerationes quibus licet in terra dissimilitudinis adhuc longe peregrinemur a domino nostrum desiderium possumus inflammare. Quod ipse prestare dignetur quod igne venit mittere in terram pro qua deuotorum desideria inflammantur etc.

**P**ro themate sermonis tredecimi.  
Faciamus hominem vestrum. In antepositis audiuistis quod quartus gradus est caritas. Sed ut sciat que fuerit in nata vel infusa. Igitur notandum quod magister sententiarum dicat. Caritas est virtus gratuita voluntatem in esse suo perficiens in ordine ad actum diligendi. & facit propter se & propter omnia summum bonum & habitus notificent per eorum actus. Tamen supra patuit quod actus caritatis naturalis et acquisite sunt similia. Ideo non possumus certitudinaliter scire nisi per signa quedam quorum quatuor ponit Bern. in sermone de omnibus sanctis. Primum signum caritatis infuse est dolor de culpa preterita. Ratio huius est. quia caritas & culpa mortalis opponuntur. & ideo simul stare non possunt in eadem voluntate. Ideo quando caritas in voluntate expellit culpam per dolorem contritionis. Unde Augustinus. omelia. vi. super Iohannem. Radix omnium malorum est cupiditas. & simul ambe esse non possunt. quia nisi vna radicitus euulsa fuerit alia plantari non potest. Secundum signum caritatis infuse est firmum propositum cauendi futura peccata cum affectu. Cuius ratio est. quia hoc propositum cauendi omnia peccata mortalia cum effectu nec per amorem naturalem nec per acquisitam potest haberi dilectione sine ne caritate adiuuante. Unde Augustinus. libro retractionum. c. viii. dicit. Voluntas ipsa nisi gratia dei liberetur a seruitute dyaboli qua facta est serua peccati & per gratiam ordietur recte pieque uere a mortalibus haberi non potest. licet enim propter libertatem vitare quodlibet peccatum mortale sigillatim. non tamen propter infirmitatem potest diu omnia in communi vitare quin in aliquo incidat. Tertium signum delectatio inaudita sermonis diuini. Ratio huius est. quia amantes delectantur in sermonibus amatoz. siue sint sermones inspirati siue scripti siue externis auditi ut ex illis capiant experimentum mutuoze affectionis quos caritas silentio tegere non potest. Crisostomus. Omnis enim amanti est ut amorem suum silentio tacere nequeat. Canon. v. Nuntiate dilecto quia amore langueo. Quartum signum promptitudo boni operis. huius ratio est quia caritas maxime operatiua eorum ipsa est amoris finis. & ideo impat omnem actum operatum vel ordinabilem

ad hunc finem. Greg. super illud Jobis. xiii. Si quis diligit me dicit. Nunquam est amor dei ociosus. operatur enim multa si est. si autem operari rennuit caritas non est. Nec ille. Quintum signum ponit Ambrosius in libro de similitudinibus dicit quod quoniam aliquis de defectu aliorum tristatur & de profectu spirituali aliorum letatur signum est caritatis. Et Augustinus in epistola ad yponenses dicit. Qui non dolet de malis proximi non est in eo caritas christi. Ratio huius est. quia secundum Dionysium. Caritatis ardor cum sit virtus unitiva non nititur omnia simul liquefacere & in unum conflare ut in ipsa uniat. Et Gregorius super Ezechiel. Ecce qualis est caritas qui diversitates mentium accendit concremat conflatur et quasi in unam speciem auri reformat. Et Apostolus. i. Corinthios. xiii. dicit quod caritas non congruat iniquitati sed magis congruat veritati. quam in nobis accendat deus. Quod ut fiat nobis ipsam virginem gloriosam etc.

**De ventre sermo tredecimus.**

**F**aciamus hominem ut sit. In prehabitis audivimus de stomacho. Hodie audietis de ventre. Venter secundum Iudaeos dicitur a vivendo. eo quod vita hominis a ventre derivatur ad tutum corpus. Et est venter locus ubi cibi ingeruntur. Iter est venter mulieris in quo pueri concipiuntur & est anterus in medio corporis positus ut sic ad discernendum cibos membris superioribus & inferioribus esse equaliter adaptatus diversis panibus & intestinis compositis ut ad digerendum & coquendum cibos & per toto corpore ordinatus. est cum omnibus membris utilior. Secunda definitio. pars corporis morbiores & ideo multas incurrit aliquoties passiones patitur aliquando ex nimia repletione & succurrit ei per evacuationes patitur aliquando ex nimia vacuatione et subuenit per repletionem. quod generaliter secundum Gregorium. contraria contrariis curantur. Tercia definitio secundum Hippocratem. visio ventrorum variatur. quia in hyeme calidissimi sunt et longissimi sonni. Et hoc accidit propter frigiditatem circumstantiam calorem percipit ad interiora propter quod virtus fortius operatur. & inde est quod appetit & digestio amplius roboratur & sic maioribus cibis & amplius inveniunt. In estate autem calor naturalis applaudens suo filii exteriori effunditur. & sic

ventre frigido permanente digestio impeditur. sic minoribus cibis naturaliter affectat. In his tria notantur videlicet primo quod christus corpore suo nos in eternum faciat. secundo quod iustus conscientiam seipsum purgat. tertio quod malus nisi coactus bonum non facit. Dixi primo quod per ventrem signatur christus qui suo corpore nos faciat. Nam venter christi non immerito corpus eius dixerim. cum venter sit vita & vivificans membra omnia. sic corpus christi electos. Jobis. vi. Ego sum panis vivus etc. Non sic manducaverunt patres vestri etc. O sacramentum bonitatis. o vinculum caritatis qui credat accedat incorporetur & vivificetur. Sicut ergo venter in medio sic christus omnibus est communis suo sacramento. Unde Mattheus. ultio. Ego autem vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem seculi. De isto ventre Cantuarum. vii. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Nam aceruus tritici superius est strictus. inferius latus. reficiens bonos. Aceruus tritici superius est strictus. sic sacramentum. quid eo strictus. cum eum quem celum & celi celorum capere non possunt. in loco tam stricto comprehendatur. Thomas de aquino. Fracto demum sacramento ne vacilles sed memento tantum esse sub fragmento etc. Est tamen latus inferius cum omnes faciat ex eo turbam famelicam in via ne deficiat. signatum per quinque panes quibus quinque milia pavit & duodecim cophine superfluerunt. Jobis. vi. Reficiens vero inter omnia genera non invenitur melior. sic sacramento isto nullum preciosius ad faciendum licet aliqua sacramenta maioris sint necessitatis. ut baptismus & penitentia. Sapientia. xvi. Panem de celo prestitisti eis omne delectamentum in se habentem. Psalmus. Panem angelorum etc. Figuratur in mana de quo quod multum collegit non plus habuit. qui parum non minus. Exo. xvi. Sed quod quod sequitur. fallatur liliis. vel sue proprietatis quod fecit amicum quos attraxit. De primo notandum quod sicut liliam habet albam radicem rugosam stipitem folia reparata & granula aurea. Radix candida & alba. virgo fuit Maria. quia ipsa habuit multum de lumine gratie. Ecclesiasticus. xlii. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus & super ymbrem eius expandat cor. Nam si anime in hac vita candor huius pulchritudinis & ymber gratie eius ostenderetur

non videre sine delectatione in tam pulcro iocali quin miraretur. Sicut accidit beato Dionysio qui cum videret faciem virginis videlicet velatam serico dixit. nisi fidelis essem christianus non crederem quod alius esset deus in celo et in terra preter te. De ista ergo radice christus processit quando nasci voluit. Stipes illius lilius potest dici corpus suum benedictum quod satis erat hispidum & rugosum in passione. Bern. O bone Ihesu quod dura verba duriora verbera durissima & horrida mortis supplicia pro nobis passus es. Item in quodam sermone. Caput angelicis tremendum spiritibus densitate spinarum pungitur. facies pulchra per filios hominum sputis iudeorum deturpatur. oculi lucidiores sole colligantur in morte. aures que audiunt angelicos cantus audiunt peccatorum insultus. os quod docet angelos felle et acetopotatur. pedes quorum scabellum adoratur cruci clauo affiguntur. manus que formauerunt celos sunt in cruce extense. corpus laceratur. latus perforatur. & quid plura. non remansit in eo nisi lingua ut per peccatores exoraret & matrem discipulo committeret. Nec ille. Vide quod rugosum folia reparanda. quia oblitus fuit naturalis originis non dei sed hominis filium se frequenter noiauit. & quod maius vermem se dixit. Ps. Ego sum vermis et non homo. Ad Philippen. ij. Humiliauit semetipsum. in gloria est dei patris. Vide quod reparanda folia verborum. Granula aurea septem sunt dona spiritus sancti. Ilay. xi. Requiescet super eum spiritus domini. Vel secundo dicitur hic venter vallatus liliis propter amicos quos attraxit. Nam sex sunt lilius proprietates designans sex genera hominum qui hic sacramentum vallare dicuntur. videlicet. contemplatiui. boni actiui. castitate puri. virtute benigni. humilitate depressi. caritate feruidi. De primo nota quod lilius habet proceritatem stipitis. per hoc intelligi potest abdicatio temporalium & mundalium. & proprie pertinet ad contemplatiuos erectos sursum cuius Apolo ad Philippen. iij. Nostra conuersatio in celis est. id est appetitus celestium. Unde saluator volens pharisaeos contempere mundi ait Matthei. vi. Considerate lilia agri quomodo crescunt. Et est hic notandum quod stipites liliorum primo eleuatur in altum et postmodum erumpunt flores ab eis. Ita oportet metes

nostras prius eleuari ad diuina & tunc florescent per virtutum ornamenta. Vnde Ecclesiasticus. xxxij. dicit. Florete flores quasi lilius date odorem & frondete in gratiam. Secundo boni actiui. nam lilius habet virtutem in folijs per quod intelligitur non solum maturitas in gestibus sed veritas et disciplinabilitas in verbis. Propter quod de hominibus gustos suos componentibus & linguam suam refrenantibus dicit Ecclesiasticus. l. quod sunt quasi lilia que sunt in transitu aque. Jere. xvij. Erunt tanquam quod supplantatur super aquas & ad humorem mittit radices suas & non timebit cum venerit estus & erit solum eius viride. Ps. Solum eius non defluet. Tercio castitate puri. Nam lilius habet viuacitatem albedinis in qua mundicia designatur. Unde dicitur de quolibet casto Canticozum. vij. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis nec flores diutius seruat decentiam sui coloris. quia virginitas secundum Ambrosium libro. i. de virginitate est in carne corruptibili perpetue incorruptionis meditatio. Quarto virtute benigni. Nam lilius caret pungentibus aculeis. ideo designat lenitatem mansuetudinis. Dicitur Canticozum. iij. Sicut lilius inter spinas. Quinto humilitate depressi. Hinc est quod lilius habet reciprocam expansionem in folijs. in quo designatur sinceritas intentionis. ut sicut nostra opera procedunt a domino originaliter in deum terminentur finaliter. vel per reciprocam foliorum expansionem potest intelligi ordinata intentio leuans hominem in deum & sollicitata sui confidens ratio reducens hominem ad statum proprium. iij. Regum. vij. Labium eius quasi labium calicis & solum reparandi lilius. Sexto caritate feruidi. Habet enim lilius auream rubedinem intrinsicam in gramis in quo designatur incendium caritatis. Propter quod ait sponsa Canticozum. ij. Dilectus meus mihi & ego illi qui pascitur inter lilia. bene igitur ipsum lilius designat. Vel aliter dicere possumus quod conditionis vallantium in ventrem. vnde dicit Canticozum. vi. Dilectus meus descendit in ortum suum ad aureolam aromatatum ut pascatur in ortis & lilia colligat. Venter in bono designat virginis uterum. salua regula gramaticalium cum potest vterque venter dicat. Et hinc est quod dicit. Lu. xi. Beatus venter qui te

portauit. et virgo dicat. dilectus meus misit digitum suum per foramen & ex tactu eius intumui. Misit digitum suum spiritum sanctum qui digitus dicitur per foramen auris mee & ex tactu eius intumuit venter meus. id est impregnatus est venter meus. Et de hoc exponitur fabula Ouidij methamorphoseos li. iij. Cresus cum rex dauan filiam pulcherrimam habuisset timens adulteros ipsam in domum subterraneam inclusit. Iupiter vero in pluuia auream se mutauit & per tegulas domus in gremium virginis distillauit. sic eam impregnauit. pater vero pregnantem ipsam capiens in cista inclusit & in mare proiecit. Ipsa vero cum esset in archa filium peperit. & tandem vento ad ytaliam & a piscatore reposita piscator ipsam patri presentauit. qui filius postea ciuitatem auream edificauit & fundauit. que postea Curym fuit appellata. Ista puella est virgo gloriosa que in terranea domo fidei vel in templo custodita a Ioue. id est a deo spiritu sancto fuit impregnata que per Iouem designatur. & descendente pluuia aurea. id est dei filio in gremium virginis. **P**ro. Descendit sicut pluuia in vellus. pater istius puelle. id est populus iudaycus ipsam cum filio suo repudiavit fideque ipsius refutauit. Sed rex ytalie. id est populus gentilis ipsam cum filio suo recepit & per fidem et caritatem ipsam retinuit. **P**ro. Populus quem non cognoui seruiuit michi. Et sic patet prima diffinitio. **D**ixi secundo quod venter effigiat quod iustus ventrem sepius purgat. per ventrem intellige mentem scilicet conscientiam. qui cor continet. id est intelligentiam. id est eorum. id est affectionem. felicitatem & turbationem. splen. id est gaudium & consolationem. Iste enim est pars corporis valde mollis. & nihil est mollius & ad derelinquendum fragilior mente nostra. Iere. xvij. Prauum est cor hominis & inscrutabile quis cognoscet illud. Gen. viij. Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Et ideo iste sepe patitur ex repletionem viciozum vel diuiciarum quapropter necesse est quod per confessionem et per elemosinam diuiciis extenuemur. Quando autem patitur ex vacuitate virtutum & scientiarum & tunc necesse est quod gratia dei et fide impleatur Lu. iij. Omnis vallis implebitur. **T**ercia diffinitio in qua notatur quod malus nisi coactus bonum non facit. Nam in hyeme tribulationis

calor caritatis ad interiora mentis resperis virtutes mentis in bono fortificat & appetitum bonorum desideriorum augmetat & digestionem morum efficit & procurat. & ideo de cibis spiritualibus scilicet eucharistie scientie & penitentie magis optat. **P**ro. Imple facies eorum ignominia & querent nomen tuum domine. Sed estas per spiritus calorem caritatis facit euaporare & ad interiora solet affectionem attrahere. & sic solet interiora debilitare & appetitum bonorum spiritualium enumerare. quapropter parum de cibis bonorum spiritualium curare. **P**ro. In labore hominum non sunt & cum hominibus non flagellabuntur. Rogemus ergo etc.

**P**ro themate sermonis decimi quarti. **A**diamus hominem utrum. In precedentibus audiuitis in per themate de quarto gradu qui affectus dicitur. Audietis hodie de quinto videlicet de occultorum secretorum reuelatione. De quibus Vercellen. super Can. c. i. Assidua reuelationum spiritualium ruminatio prebet assiduam cognitionis & exultationis mentis incrementum. igitur assidue audient. Merito hic gradus quintus sequitur quartum. quia postquam anima rectum habuerit intentum qui primum gradus est sequitur secundus videlicet ut querat per meditationem. quem tertius sequitur videlicet post inuenta contemplationem. quam merito sequitur quartus videlicet affectuosa dilectio. quem merito sequitur quintus. videlicet secretorum occultorum reuelatio. Quia ut dicit Aug. xij. Confessionum Cum caritas siue amor sit pondus inclinans amantem in amatum & propinquare facit amato quantum potest. Et secundum Dionysium transformat amantem in amatum. Quanto autem propinquius est amans amato verius subtilius & perfectius sibi reuelat amatum. Notant autem vocat hic gradus occulta secretorum reuelatio. siue fiat per exteriores figuras. siue per sacras scripturas. siue allocutiones exteriorum expressas semper fit in occulto. Unde Hugo libro. iij. de archa Noe. Scrutamur scripturas & inuenimus nunquam locutum fuisse deum in multitudine. Sed quocumque hominibus innotescere aliquid voluit non gentibus vel populis sed vel singulis & quemadmodum paucis & a communi hominum frequentia segregatis. vel per nocturna silentia.

vt Job. & in campis vt Ezechieli. vel in solitudinib? vt He-  
lie. vel in montibus vt Moyfi. vel in vallibus vt Abzabe. vel  
in exilio Jobanni in Apocalipfi. Sequitur. Quid est iquit  
q? in secreto loquitur deus. nisi vt malis veritas abscondatur.  
& bonis reueletur. Simile Matb. vij. Margaritas nolite pro-  
icere ante porcos. Sed qualiter reuelationes distinguuntur.  
quia quibusdam sensibiliter. quibusdam superintellecualiter.  
Sensibilibus dicuntur vel vigilando vel dormiendo. Vigilando  
sicut pastoribus Lu. ij. quibusda alijs sicut Moyfi. Exo.  
xxx. Qui vterq? viderunt diuinitatem in humanitate. Pastores  
in cunabulis. Moyfes in rubo humanitatem in igne diuini-  
tatem. & tamen non intellexerunt. In somno sicut Pharao  
ni. qui scz somnu no intellexit. Gen. xl. Hui? autem causa du-  
plici? reuelationis est fm Dionisiu in epla ad Tytu. Vt ho-  
mo qui constat ex duabus naturis aia scz ronali q est simplex i  
essentia. in corpore copositus iuxta vtriusq? nature proprietate  
tem illuminetur diuinis cognitionibus. Secunda reuelatio sen-  
sibilis cum intellectu. hec no fit oculis carnis sed mentis qua-  
liter Johani euangeliste in Apoc. & Ezechieli. sicut dicit glo-  
sa super primu plogu Apoc. & in fine alterius prologi dicitur  
q? Johanes ymagines in mente vidit. & tamen in eis verita-  
tem intellexit. Secunda fit sine visione sensibili sed tm itellec-  
uali. sicut vidit David ppheta ea que vidit in spu. sic etia Pe-  
trus Matb. xvi. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Et Ps.  
Audiam quid loquat in me. S3 hec reuelatio datur quasi veli  
remotio ab oculis itellecualibus quaz petiuit David. Reuela  
oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. De hoc ve-  
lamine dicit Applus. ij. Corin. ij. Vsq? i hodiernum diem ve-  
lamen in lectioe veteris testameti manet no reuelatu qd i xpo  
euacuatur. nos autem reuelata facie scz gloriam dei specularis  
in eandem ymaginem transformamur a claritate in claritatem  
tanq? a dni spiritu. Tercia reuelatio dicitur superintellec-  
ualis. Sed hic est dubium. cum fm Papiam per reuelationez fit  
manifestatio eorum que fuerut abscondita. Reuelantur igit? cum  
intelliguntur. que autem intelligunt? no snt superintellecualia.

igit? reuelatio dicit? superintellecualis. Ad hoc Aug? Greg?  
& Dionisius. Homini a deo dantur diuersi habitus supernatu-  
rales ad suum finem qui est supernaturalis. sicut fides scientia  
diuinor? caritas amor eoru. Sed habitus caritatis expellit om-  
nes habitus intellectus. vt fidem scientiam. i. Corin. xij. Nunc  
aut? manent fides spes caritas. quia hys euacuatis post mor-  
tem. sola caritas manet et perficit? in patria. Igit? act? cogni-  
tionis ad eam attingere non potest in via sed in patria. Quod  
vt nobis fiat ipsam virginem gloriosam ic.

De medulla sermo decimusquartus.

**A**udiamus hominem vrs. Audiuistis heri de ventre ho-  
die audietis de medulla. fm Constantinu est quedam  
substantia vinctuosa in medio ossu collocata calida hu-  
mida frigiditatis & siccitatis temperatiua ossib? & neruis me-  
diantibus a cerebro que est purissima pars descendens mo-  
tum sensus mebus effectiua. Ex hys ptz q? ossa medulla ha-  
bentia sunt fortia. deficientibus debilia. vt ptz in contrariis. Me-  
dulla maxie aialium valde est medicinalis. Sicut em scissuras  
labioz conglutinare. dolorem aurium mitigare. deuiare glandiu  
emollire. vesicas pedu sanare. dolores mamillar? sedare et me-  
dicis & phisicis humorem perditum restaurare. Secunda diffi-  
nitio. Ois medulla imitat? natura lune tam in animalibus q? in  
plantis. sicut est videre in conchilib? marinis & in lupis. Na  
conchilia pleniora i plenilunio et lupi fortiores. Subdit Var-  
ro. In plenilunio non est bonum arbores plantare seu inserere  
quia fruct? fiunt vermiculosi & defacili coputrescut. Et ideo  
contingit ppter superfluum humiditatem quam circa forculos  
seu arbores accipit in medullam cuius superfluu non potest di-  
gerere a natura qd transmissu ad fructus causa vermiculati-  
onis vel putrefactionis existit. Tercia diffinitio. Aliqua sunt aialia  
quorum ossa dicunt? carere medulla sicut leo. Hoc protanto  
dicit? q? modicum valde habet de medulla. quia eius ossa snt  
ita solida q? simul concussa ignem emittunt. Sicut porc? qui  
inter cetera quadrupedia parum habet de medulla. Nec ille.  
In hys tria considera. scilicet. diuinam gloria cu quata diligentia

fit inuocanda. mundi amicitia cum quanta diligentia sit exami-  
nanda. malorum duriciam cum quanta difficultate sit contes-  
renda. Primo diuinam gratiam que non imerito per medullam  
in corpore christi intelligitur. cum medulla sit substantia vinctu-  
osa. calida. humida ossium frigorem et siccitatem temperata.  
Talis nempe diuina gratia. de qua canit ecclesia. Fons viuus  
ignis caritas & spiritalis vinctio. Et sicut medulla descendit  
a cerebro quod est nobilius membrum & eminentius. sic gratia  
dei descendit a patre luminum. Jacobi. i. Omne datum opti-  
mum & omne donum perfectum desursum est descendens a pa-  
tre luminum. Et sicut totum corpus debilitatur deficiente me-  
dulla. sic omne bonum hominis deficiente diuina gra. Aug. 9.  
in epistola ad Yponenses. Gratia est excellens dei donum in  
hac vita mortali sine qua nunquam aliquis salutem adeptus  
est. Et sicut arbor a fructu deficit radice decisa. sic homo ab  
omni bono deficiente gratia. Hec ille. Et est notandum quod du-  
plex gratia necessaria est. Prima ad recte incipiendum. secun-  
da ad recte proficiendum. Prima datur infallibiliter nisi quis  
deo resistat. Sic dicit Origenes super Numeri. Maior cura  
pro nobis geritur ad salutem quam ab aduersariis procuratur ad  
mortem. quia dominus pater & filius et spiritus sanctus non  
solum puocant sed etiam protrahunt. Nisi enim diuinceremur nos  
aduersariis & eorum parte ageremur gratiam adiuuam infallibi-  
liter haberemus. Et ratio non est alia quare homo deum non  
habet adiutorem. nisi quia sicut dicit in Ps. Ecce homo qui  
non posuit deum adiutorem suum spe per gratiam. Secunda da-  
tur nisi quis gratiam acceptam negligat. propter negligentiam  
enim & gratia accepta perditur & data non obtinetur. Dicit Auicen-  
na quod in capite draconis est lapis preciosus dicitur draconas qui  
a uinis draconibus extrahitur. Et propter hoc sicut legitur  
in historia Iherosolimitana quibusdam herbis somniferis dor-  
mire cogitur ut sic uiuenti lapis extrahitur. Sic dyabolus uo-  
lens auferre ab homine uiuente lapidem preciosum diuine gra-  
tie qua inuatur homo. i. Regum. vii. Samuel tulit lapidem unum  
uocauitque nomen eius adiutor. pro saporem negligentie imittit

sciens quod alter quod possit uiuenti auferri lapis iste. Crisostomus. ome-  
lia super Mattheum. Gratia est adiutorium infirmitatis humane. adiu-  
torium autem non dormientibus datur sed festinantibus. Hec ille. Hec  
igitur gratia est nobis necessaria cum simus sine ea tanquam paralyticus  
quia nec uiam ad celum transire possimus nec hostes de bella  
re manibus mentioris ualeamus. Igitur Job. vii. Milicia est ui-  
ta hominis super terram. Vbi Gregorius. Tot temptationibus uita  
nostra plena est ut ideo merito tota ipsa temptatio debeat ap-  
pellari. Ergo in mundo isto nullus homo prudens habitat con-  
fidenter sed cum formidine & tremore. Eccl. ij. Fili accedens ad ser-  
uitutem dei sta in iusticia & timore & prepara animam tuam ad tem-  
ptationem. Ratio huius. Nam sicut dicit Aristoteles in ii. Ethic.  
quod tria sunt bona hominis. fortune. nature. gratie. Bona fortune  
diuicie. honores. deliciae. Bona nature uiuentis. pulcritudo. no-  
bilitas. sed nullum istorum dat homini plenam securitatem. im-  
mo queque eorum auferunt quod salutem non conseruent. ergo nul-  
la securitas de bonis fortune. Boecius de consolatione. O precla-  
ra operum mortalium beatitudo. quam cum adeptus fueris securus  
esse desistis. Aristoteles. Propter diuicias multi perierunt. Eccl.  
v. Diuicie aggregatae in malum domini sui perierunt enim afflictioe pesti-  
ma. Proverb. xli. Qui confidunt in diuiciis corruerunt. Item  
honores & dignitates securitatem non tribuunt immo auferunt.  
Eccl. i. Omnis potentatus uita breuis super terram. Et sequi-  
tur. Hodie est rex & cras morietur. Michae. vii. Nolite confi-  
dere in duce nolite confidere in principibus in filiis hominum etc. Ami-  
ci etiam securitatem non tribuunt immo auferunt. Iere. xvij. Maledi-  
ctus homo qui confidit in homine et ponit carnem brachium su-  
um. Item deliciae. Isay. vii. Audi hec delicata & habitas con-  
fidenter ueniet super te malum & nescies ortum eius. irruet super  
te calamitas quam non poteris expectare. ueniet super te mise-  
ria quam nescis & uidete quod exagerat. Sic nulla bona securita-  
tem conferunt. Item nec bona nature conferunt securitatem. si-  
cut est uiuentis pulcritudo nobilitas & fortitudo. transeunt enim  
omnia haec uelut umbra. Sapientie. v. Quia omnis caro fenug et  
omnis gloria eius uelut flos feni. Isay. xl. Exaruit fenug &

flos eius deiecit. Ibidem Eccl. xvi. Non execrauerunt pro peccatis suis antiqui gygantes qui destructi sunt confidentes sine virtuti. Sed bona gratie que si perducant ad securitatem tamen semper debet homo timere ne propter sui negligentiam & demeritis astuciam ipsam perdat. Unde Greg. in moral. Hostis noster quanto magis nos sibi rebellare conspiciat. tanto magis expugnare extendit eos enim propulsare negligit quos quieto iure possidere se sentit. Unde Proverb. xxxix. Beatus homo qui semper est pauidus. Et idcirco ut in diuisione dictum est necessarium est nobis ut gratiam dei cum diligentia muocemus. Cum enim Bernardus super Cantuarum sermonem xxxiiij. Omne genus belli & nostre temptatiouis ad quatuor reducat. super illud Psalmus. Non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die. a negotio perambulante in tenebris ab incurso & demonio meridiano. Dicit. primus insultus est a timore nocturno. scitis quod nox habet obscuritatem. quoniam ergo dyabolus temptat hominem dicit. quare tu facis bonum. quare cognitionem habes tu de his que sunt in alio seculo. non sunt nisi quedam somnia. non est ita bonum sicut bene comedere & bene bibere & letari cum muliere adolescentie tue. sicut dicit Ecclesiastes. Et tunc habet insultum a timore nocturno. Et isto insultu deuicti fuerunt qui dicebant Sapientia. ij. Exiguus & cum tempore est tempus vite nostre non est cognitus qui sit reuersus ab inferis. quia ex nihilo nati sumus et post hoc erimus quasi non fuimus. Venite ergo fruamur bonis que sunt & recreamur creatura tanquam in iuuetute celeris. vino precioso & vngentis nos impleamus. nec pertranscat nos flos temporis. Coronemus nos rosus anquam marcescat. nullum pratum sit quod non pertranscat luxuria nostra. Opprimamus pauperem iustum & non parcamus vidue & veterano. nec reueremur canos. multi temporis sic fortitudo nostra lex iniusticie. O quot sunt hodie. qui si non dicant istis diebus similia ore. dicunt tamen opere quod peius est. Secundus insultus est a sagitta volante in die. Scitis quod dies habet claritatem. & iste insultus est inanis gloria. quoniam enim dyabolus videt quod non potest hominem impedire quoniam bonum operetur. statim emittit sagittam volentem in die dicens. O quam bona fama tua diuulgata

est per totum mundum. dicitur quod non est melior clericus nec homo in mundo. & sic de aliis. Et tunc si homo prorupit in vanam gloriam statim tunc deuincitur a sagitta volante in die. Figuram huius habemus Apoc. xii. ubi dicitur quod draco stetit ante mulierem que erat partura filium. & cum peperisset filium eius deuorasset. Draco iste karissimus est dyabolus. mulier quilibet anima. stat ergo dyabolus ante animam. ut cum peperit filium. id est a deo bonum opus ipsi deuoret faciendum pro istud se cum temptationis puentum et de illo opere superbiat et vanam gloriam querat. Sed prudens anima certe debet facere sicut mater Moyse que cum peperisset vidit filium elegantem & abscondit eum tribus mensibus. sicut dicitur Exo. ii. Homo enim opus suum bonum debet abscondere propter tres causas & defectus. qui per menses tres signantur. Mensis enim dicitur a mensura. id est defectus. Omnia enim opera nostra sunt pauca imperfecta & defectuosa. & ideo de omnibus soli deo honor & gloria est reddenda. Psalmus. Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Tercius insultus est negotio perambulante in tenebris. & iste insultus est in febris. proposita enim non vult videri quod est. & vult apparere quod non est. Et ideo dicitur negotium perambulans in tenebris. Vnde hypocrite volunt esse humiles sine despectu. pauperes sine defectu. bene vestiti sine solitudine. delicate pasci sine labore. mordaces et canes dolosi ut vulpes. superbi ut leones. exteri oues interi lupi rapaces. mellis dulcedinis. id est inanis glorie et latetis lasciuie ut vni queretes. volunt esse iudices sine auctoritate. siue testes postremo falsi accusatores et omni veritate carentes. Quartus insultus est ab incurso & demonio meridiano. Et iste insultus est per demonem transfigurantem se in angelum lucis. scilicet qui sub specie boni sanctis viris aliquod malum proponit. sicut aliqui in discretas penitentias. aliquibus deuotiones fatuas. Hec Bernardus. Sed etiam de hoc Greg. in moral. Nostri hostis malicia tanta arte se palliat ut plerumque ante decepte mentis oculos culpas virtutes surgat ut inde quasi expectet premia. unde eterna dignus est inuenire tormentum. Vide ergo quantum sit necessarium cum diligentia gratiam dei muocare. & si pugna fuerit nimis fortis inuocanda est virgo Maria. In historia Britanum scribitur de archio

q̄ in interiori parte scuti sui ymaginem sibi fecit virginis be-  
nedicte depictam. quam quociens in bello fatigatus insperit  
recuperavit & vires. Isto modo nos si in bello presentis vite  
triumphare volumus. Ambro. Sit tibi tanq̄ in ymagine depi-  
cta virtus & vita Marie. ex qua tanq̄ ex speculo refulget ic̄.  
Narrat Macrobius de natura lapidū. c. iij. q̄ vna gēma q̄ vo-  
catur euhicus habens in se naturaliter more pregnantis vnā  
aliam gemmam. & istam gēmaz aquila suggerente natura co-  
gnoscit & in mīdo ad pullos pomt & securi sunt ambo infortu-  
mo. Vidus ecclesia. pulli fideles. aquila christus. Maria pre-  
gnans. q̄ diu in corde nostro hęc gemma fuerit dyabolus non  
nocebit. Eccl. iij. Eos qui diligūt illam deus diligit qui au-  
dit illam iudicat gentes & qui intuetur illam permanebit con-  
fidens. Et sic ptz primū. **D**ixi secundo q̄ in hys diffinitioni-  
bus ostendit mundi amicitia cum quāta sit diligentia exami-  
nāda. q̄ notat cum dicitur q̄ medulla imitat naturam lune  
Luna est mundi prosperitas que quous splendeat tamen fluit et  
defluit. Medulla est interior amor vel affectio. quia p̄certo vt  
cōmuniter omnis humor & amor mundanorum & amicorum  
imitant lunā. i. mūdi prosperitatē. & fm q̄ ip̄a fluit et defluit  
in illos quos diligūt fm hoc medulla sue affectiois & amoris  
crescit similiter & decrescit. Ideo attingat durate plenitudo. i.  
plenitudine prosperitatis hūane. aliqua arbor. i. aliqua p̄sona  
sarculo noui amoris alicui inserat nuncq̄ exinde prouenit vt  
cōmuniter fructus bonos. quinimo solet esse talis fructus amo-  
ris vermiculosus & de diuersis defectibus viciosis corruptibi-  
lis et non durabilis. quia tales vt cōmuniter amant prospera  
orunt vero aduersa. Eccl. vi. Est amicus socius mense qui  
non permanet in tempore necessitatis. Vel luna mūdi prospe-  
ritas que si plena fuerit tunc in nobis habundat humor super-  
fluus deliciarum. & ex hys vermīs curiosus cōscientie. Isay.  
xiiij. Subter te sternetur tinea et operimentum tuum erunt ver-  
mes. vel fructus talium humorum superfluorum qui se ad di-  
scerentionem debitam non regunt vermes eterne damnationis in  
de proueniunt. Isay. lxxvi. Vermes eorum non moritur ic̄.

**S**equitur de tertia diffinitione. malorum malicia cum quā-  
ta sit difficultate conterenda qui sunt sicut leo. de quo dicitur  
q̄ medulla careat vel modicum habeat. vnde ex ossibus ignis  
excuitur. Tales sunt moderni potentes. qui tante diuicie sūt  
q̄ quando modicum tanguntur per verbum. statim egreditur  
ignis desolationis. iracūdie. diffamatiōis. Tren. i. Misit ignē  
ex ossibus meis. Per porcos gulosos intellige et ebriosos qui  
modicuz habent de medulla gratie supercecidit ignis & nō vi-  
derunt solem. Hoc abde de gratia dei que est spiritualis me-  
dulla. Ista est enim que remediatur labijs tollendo scissuram  
& ineptā locutionem. auribus dando audiendi verbi dei prom-  
ptitudinem. Glantibus molliendo duriciam & obstinationem  
pedibus tollēdo. exinde vesicas id est omnem superfluam infla-  
tionem mamillas deuotionis & compassionis temperando &  
dilatando eorum gustum & delectationem phisicis id est pau-  
peribus & consumptis reparando in eis humorem id est spem  
& consolationem. Bene igitur dicitur de medulla pietatis. i.  
Thimo. iij. Pietas ad omnia valet. Ad quam nos p̄ducat ic̄.

**P**ro themate quintidecimi sermons.  
**N**ociamus hominem v̄s. In retroactis audiuistis de  
quinto gradu qui fuit occultorum diuinorum reuela-  
tio. Hodie audietis s̄ sexto qui est experimentalis pre-  
gustatio. De quo Papias. Experientia est idem q̄ noticia. Vn-  
de si ego lego v̄ audio ab aliquo q̄ dulcis sit dominus p̄pter  
hoc non habeo noticiā experimentalem de hoc nisi gustus spi-  
ritualis attingat ad dulcedinem diuinā. Vt dicam cū sponsa.  
Cān. ij. Fructus eius dulcis gutturi meo. Et ista gustatio per-  
fectiorū est. Circa hoc notādū fm Aug⁹. de spiritu & aīa vbi  
dicit. Duo quidem sunt in homine sensus. vnus interior alius  
exterior. & vterq̄ bonū suū habet in quo reficit. Sensus exte-  
rior reficit in cōtemplatione hūanitatē. Sensus interior in cō-  
templatiōe diuinitatis. p̄pterea em̄ deus factus est hō vt totū  
hoīez beatificaret & tota diuersio hoīs esset ad ip̄m et tota dile-  
ctio erit i ip̄m. cū a sensu carnis videt p̄ carnē et a sensu mētis  
p̄ contemplationē hoc erat totū bonū hoīs. vt siue igredere siue



regrederetur pascua inuenient in suo factore. Cum autem homo existat in carne & aia. In carne sunt quinque sensus. scilicet visus auditus gustus odoratus & tactus. quos tamen non mouet absque aie societate. Item aia simili modo habet quinque sensus suo ino. quia spiritualis res non corporalibus sed spiritualibus sensibus remanere de sunt. Vnde diuina vox in Deutro. ait. xxxij. Videte quia ego sum solus. Ecce spiritualis visus. Et in Apoc. ij. Qui habet aures audiendi audiat. ecce spiritualis auditus. Et in Ps. Gustate & videte. ecce spiritualis gustus. Et in Apoc. ij. Corin. ij. Christi bonus odor suus. ecce spiritualis olfactus. Et in euangelio Math. v. Fide mulierem tetigisse magis quam corpore ostendit dicens. Quis me tetigit. ecce tactus spiritualis. Sic ergo cum omni cautela obseruandum est quid ad corporis sensus. & quid ad dignitatem anime pertinet. Hec ille. Sed notandum quod duplici impedimento sensus spirituales impediuntur ab experimentalis noticia. Vnum ex natura corrupta. aliud ex nostra negligentia. De primo Hieronimus super Cantica. sermo. viij. Saporem interiore perdidimus ab ipso pene exordio generis nostri. Ex quo cordis palatum sensum carnis preuolente infectis virus serpentis antiqui cepit non sapere bonum ac sapor noxius subintrare & insipientia mulieris. id est sensu alitatis saporem boni excludit. quia serpentis malicia & astutia mulieris insipientiam circumuenit. Hec ille. Igitur ex tunc visus spiritualis obtenebrescit. auditus surdescit. olfactus calefit. gustus amarescit. tactus arefcit. Vnde clamat propheta. Oculos habent & non uidebunt. In cuius figura Adam qui ante casum delectabatur audire & videre factorem suum. postea abscondit se cum audiret uocem deambulantis ad auram post meridiem. Gen. ij. De secundo Augustinus de spiritu & anima. Hoc bonum magnum quod habuit homo ex duplici sensu scilicet exteriori & interiori bene ordinato malum magnum secutum est. quoniam perdit bono quod intra erat egressa est anima ad bona aliena que foris erant & peractum fecit cum delectationibus seculi requiescens in illis non attendendo boni sui interioris absentiam. eo quod consolationes suas cerneret in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis

bono suo utitur interior sensus quasi obdormit. Non enim cognoscit bona interioris sensus qui iocunditatem bonorum exteriorum capitur. Nam qui in carne uiuit in carne sentit & dolores carnis fugit quantum potest. vulnera autem anime prorsus ignorat. unde nec medicinam querit. Cum autem mortificatus fuerit sensus anime quo uiuit in carne tunc uiuificari incipiat sensus ille quo interior sentit semetipsum scilicet scientia experimentalis & tunc sciet dolores suos & sentire incipiet vulnera sua interiora tanto grauius quanto propinquiora. magis enim nocet malum quod magis est intimum & magis prodest bonum & delectat quod intimum. Hec ille. Vnde Gregorius. Maior est refectio mentis quam uentris. Quod ut nobis fiat imitatio uirginis est. **De calore naturali sermo quintusdecimus.**

**A**ciamus hominem ut scilicet. Hec audiuitis de medulla ossium. Hodie audietis de calore naturali. Calor seu caliditas est quedam elementalis qualitas siue actiua & diuersorum actuum in corporibus inductiua. Ista enim est cunctorum que nascuntur generatiua. inferiorum ad superiorum reductiua. compactorum dissolutiua. durorum remollatiua. mollium uero & liquidorum induratiua. De primo patet. Nam in uere calore solis adueniens facit herbas. flores. fructus. ficus. fructus & folia germinare. De secundo. calor de terra humorem attrahens dissoluit et sursum leuat. & primo in substantia aeream tandem igneam conuertit. De tercio. metalla dura dissoluit & emollit. De quarto illa que liquida sunt indurat ut patet in ouo etc. Secunda diffinitio. Calor est natura eleuatiua humorum consumptiua & ponderis alleuatiua. ut patet in corporibus animalium. & homo leuis uiuus duobus pedibus. mortuus ad se pulchrum octo pedibus portatur. quod fit propter calorem & spiritum contentum in arteriis & uenis. Corpora etiam post prandium fiunt leuiora quam ante. & hoc propter calorem qui per cibum in corpore confortat & ad digestionem fortius roboratur. In estate sunt corpora magis leuia propter calorem extrinsecum humorum grauantem per sudores extrahentem. In hyeme grauiora propter humorem ibi remanentem. Caliditas naturalis et

rubi & purpurei in corporibus generatiua. sicut patet in rosa  
et in corporibus sanguinei complexionis in quibus calor ma  
ior pallorem facit. vt patet in melancolicis & in rosa que in fu  
mo sulphuris posita statim pallefcit. Tercia diffinitio. calidi  
tas est pigritiua & non consumptiua. vt patet in auro. con  
uerso frigiditas corruptiua accidentis. vt patet in cumulo fru  
menti aqua asperso vbi calor indusus aquaz resoluit in humi  
dam fumositatem que grana emollit & putrescere facit & cor  
rumpit. Calor solet in aere multas impressiones generare &  
ibidem per vaporum attractionem nunc nubem nunc pluuiaz  
nunc grandines nunc fulgura nunc tonitrua causare. In hys  
tribus diffinitionibus tria notantur. scilicet. Dei caritas que  
nos attrahit. boni amor qua re dilexit. mali torpor qua se al  
lexit. De primo prima diffinitio. qua dicebatur qd calor seu ca  
liditas est omnium nascentium generatiua. Sic caritas diuini  
amoris que sola ab initio mundi flores virtutum & germina  
gratiarum in electis causari. Ephe. iij. In caritate radicati &  
fundati vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis que  
sit longitudo latitudo sublimitas et profundum. Ad Romas  
viii. Quos persequitur per caritatem hos predestinauit & iustifi  
cauit feruore dilectionis. Item caritas est que indurata liques  
cit. vt patet in rege Ezechia qui propter duriciam cordis pec  
catorum in firmitate decumbens. venit Isayas & cor eius emol  
luit vt conuerteret se ad parietem & fletet amare. Quid de la  
trone dicimus qui in vltimo mortis puncto ad bonitatem re  
solutus calore caritatis qui iuxta eum pendebat ad christum  
dixit. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum.  
Job. xviii. Lapis solutus calore in es vertitur. De tercio  
videlicet de molliorum induratione patuit in Dauid rege &  
Salomone filio eius quorum vterq; mollis. per luxuriam in  
durati ad penitentiam. De primo. secundi Regum. xij. legitur  
qd post adulterium venit Nathan proposuit similitudinem ce  
tum ovium & vniq; vicino rapto. et cum intellexisset statim pe  
nitentia induratus dixit. Misere mei deus fm magnam mise  
ricordiam tuam. Et qd sequitur. Cor mundu crea in me deo.

De Salomone patet qui nimiu mollis per libidinem in tm q  
eorum amore allectus prolapsus est in ydolatriam. sed post  
amore dei ad penitentiam induratus nudus in medio platear  
rum ciuitatis quinq; legisperitis quiq; tradidit virgas vt ver  
beraretur. qui dixerunt. No licet nobis manum mittere in vn  
ctum domini. Et sic post penitentiaz librum prouerbioru fecit.  
qui apud hebreos de penitentia Salomonis intitulat. in quo  
de malicia mulieru multa dixit. c. vii. Itē Ecclesiastes. vii. In  
uem mulierē amariorem morte nō sagena venatorum cor eius  
laqueus em sunt manus illius qui timet deum effugiet illam.  
Vn Ambro. i Apologia Dauid. Quid dicā d Dauid & d san  
ctissimo Salomoe q cū peccasset egit pniā. Dicit aut nōter  
de scilicet Salomoe. qz Dauid scit sanctus. d Salomoe ve  
ro multi dubitauerunt. Job. xli. Cor eius idurabit qsi lapis et  
stringet qsi malleatoris incus. De quarto scz de vaporu desolu  
tione. patuit i Maria magdalēa q p calore diuini amoris tacta tā  
q vapor terre multaz macularu sordida. Sicut Aug. dicit d  
cōflictu vicioru & virtutu. Venit ad fontē caritatis q pūo at  
traxit postea i amore vite cōteplauit. post in ignē eterni splēdo  
ris pmutauit. Jere. xxxi. In caritate perpetua dilexi te ideo at  
traxi te miserās tu. Hic notandū q quatuor modis deo diuini  
mode ad se trahit fm hos modos quos ponit Aristoteles. vij  
phificoz. scz iuxta istas quatuor spēs videlicet vt patz. pulsi  
o. tractio. vectio. vertigo. Quidam em veniunt ad deum per mo  
dum pulsionis. sicut illi qui querunt in mundo bene viuere et  
delicate & requiem corporalem & non inueniunt nisi tribula  
tionem. & ex hoc conuertuntur. & illi veniunt per modum pul  
sionis. quia illud quod pellitur habet quasi motorem a posteri  
ori. Luc. xiiii. Compelle intrare zc. Quidam veniunt per mo  
dum tractionis. sicut quibus dominus ex speciali gratia imit  
tit aliquem gustum deliciarum suarum. et ex hoc se conuertūt  
ad deum. & tales veniunt per modū tractionis. quia illis quod  
trahitur habet motorem a parte anteriori. Osee. xi. In funi  
culis Adam traham eos in vinculis caritatis. Quidam veniunt  
ad deum per modum vectiois. sicut paruuli baptisati qui

post perceptum baptisum moriuntur et saluantur merito passionis christi & non suo merito tales veniunt per modum venti omnis quia illud quod vehitur in se quiescit & habet motorem supportantem & sustentantem. Deutro xxxij. Assumpsit eum atque portauit in humeris suis. Quidam veniunt per modum vertiginis sicut illi qui quicquid terrentur per molestias mundi & quicquid reficiuntur & sollicitantur per blandicias et delicias christi & ex hoc se conuertunt ad deum & tales dicuntur venire per modum vertiginis. Vertigo enim componitur ex pulsione & tractatione & habet motorem a posteriori per molestias mundi & trahuntur ab anteriori & per blandicias christi. quorum figuram gessit illi filius prodigus. de quo Lu. xv. Nam postquam compulsi virentem eberam quae fuit protinus arefacta. Item de calore calorem inmutante. Nota calor naturalis est caritas & contritio. Calor enim innaturalis cupiditas & malicia. sicut ergo primus famam pulchritudinem sic secundus vilificat. Treñ. iij. Quomodo obscuratum est aurum mutat est calor optimus. Sed hic nota quod ad amoris redditionem deo obligamur. Cuius signa sunt septem per ordinem. videlicet. Imperfectio verborum. desiccatio membrorum. concavitas oculorum. siccitas oculorum. pulsus iordiatio. profunda cogitatio. motus dissolutio. De primo. nam amorosi multa concipiunt & pauca loquuntur & que loquuntur imperfecte profertur. sicut sponsa dicit Can. ij. Dilectus meus mihi et ego illi. Non enim determinat. Ideo sicut Aaron per Moysen qui erat eloquens locutus est. sicut patet Exo. iij. sic ratio debet loqui per affectum et debet supplere quod affectus minus potest perficere. Gloriam igitur exponit verbum sponse imperfecte prolatum. quasi diceret. si puritas. si speciositas si generositas si felicitas attenditur ideo congruit ipse mihi quod ego illi. hoc dilectus habet per naturam. ego per gratiam. Secundo modo dilectus meus mihi est omnium laborum dolorum fatigationum merces & premium. & ego illum habendo cum suscitabo. Tercio modo mihi totus vixit et mortuus est. & ego pro illo mori non erubesco. Secundum signum caritatis desiccatio membrorum. Amorosi enim arsiunt in membris. eorum vehementis cordis applicatione circa rem dilectam

multiplicantur spiritus ex quo tales interiorum desiccationem patiuntur. sic ex vehementi amore arefcit anima ab omni humore carnalis voluptatis. Figura Exo. xij. Dominus flate vento vehementi mare rubrum exsiccauit. Mare carnalis voluptas. rubrum propter carnem & sanguinem. amarum propter terminum quo terminatur amaritudo. ventus vehemens caritas dei que carnales voluptates desiccavit. Figura in apostolis post acceptum spiritum sanctum. Hanc dyabolus timet Lu. xi. Ambulas per loca iniqua. Tercium signum concavitas oculorum. Conuerserunt amorosi habere oculos concavos trahentes. sic oculi anime que sunt intellectus & affectus nihil extra querunt in mundo. Ps. Oculi mei semper ad dominum. Quartum signum siccitas oculorum. nam amantibus nec mors proximorum nec damna eorum prent in talibus lacrimas excitari. Sic amorosi dei. Pro. xij. Non tristabit iustum quicquid ei acciderit mali. Unde nec Tobie cecitatem nec Ioseph venditionem fleuisse legunt. sed solus amor extersit lacrimas. Sunt duo que lacrimas ab amantibus excutere conseruerunt. Cantilene amoris. et musicalia instrumenta quando remoti sunt a dilecto tunc enim cogunt se dulci recordari. Quintum pulsus inordinatio. tardus enim pulsus desperat de dilecto habendo. velocis sperat se amari vel amare. pulsus anime sunt affectus qui multa celeritate tripudiare videntur. videntes multos propter amorem sponsi christi misericordiam consecutus. Ps. Cor meum & caro mea. sed letescit quoniam videt multos reprobos propter peccata cecidisse. Sextum signum amoris. profunda cogitatio. Nam amans anime ymaginem somnians gerere videtur quod nec vidit nec audit nisi de re quam amat si verus est amans. sicut Jacob patriarcha qui audies vivere Ioseph dilectum filium suum in egypto. quasi de graui somno euigilans ait. Sufficit tibi vada. Gen. xlv. Ve anime que obscurum habet intellectum ad capiendum que dei sunt facilis ad capiendum que mundi. Septimum signum motus dissolutio. Videns enim rem amatam quasi in sanis mire videtur. Sic anima cum dei dulcedinem percipit sicut Petrus sciens. secundum Crisostomum quod christus pati deberet Iherosolimis dixit tanquam ebrius. Domine bonum est nos hic esse. Math. xxv. Ecce quantum

inebriatus vna gutta quantam fecit dissolutionem. nec sui re-  
cordabatur pre dulcedine sed dixit. Si vis faciamus hic tria  
thabernacula etc. Et sic patet scda diffinitio. Sequit tertia q  
calor quedam metalla purificat & non consumit. signat calo-  
rem temptationis libidinis ex quo quidam purgantur sed non  
consumunt. signat viros perfectos. Sapie. iij. Tanq aurum  
in fornace probauit eos. Mali vero & aquosi libidine statim  
resoluuntur in corpore & in anima per consensum. Exo. xviii.  
Stulto labore & numeris ultra vires tuas est negocium. Item  
calor in aere designat calorem qui generare solet nubes igno-  
rantie. pluuiam luxurie. grandines proteruitatis. fulme crude-  
litatis. tonitruu discordie. Ps. Ignis grando nix glacies etc.

**¶** Pro themate sextidecimi sermons.

**F**aciamus hominem vta. In antepositis audiuistis de  
sexto gradu videlicet de gustu diuinitatis. De duobus  
defectibus quibus sensus anime per sensus corporis sa-  
pantur. Hodie audietis quomodo refozmentur & reparentur  
& sunt duo. videlicet Ihesus & sacramentum. Ihesus a quo  
sensus anime aperiantur. Bern. de amore dei capitulo. xix.  
Dominus post resurrectionem loquens discipulis suis ait. Lu.  
ultimo. Tunc aperit illis sensum vt intelligerent scripturas.  
Cum enim scripturarum interiore sensum & virtutum mira-  
culorum & sacramentorum dei ceperimus non solum intellige-  
re sed etiam quadam. vt ita dicam experientie manu palpate  
& tractate. quod non fit nisi quodam conscientie sensu & expe-  
rientie disciplina. **I**ntelligentes & sentientes bonitatem dei  
& virtutem quam potenti bonitate cum efficaci virtute in fi-  
liis gratie operatur. tunc demum sapientia quod suum est ex-  
sequitur. tunc quos dignos iudicat vnctione sua docet de om-  
nibus. vt anima illuminata dicat. Signatum est super nos lu-  
men vultus tui domine dedisti leticiam in corde meo. Contra se-  
cundum impedimentum necesse est vt sensus exteriores sapi-  
ant. Greg. xxxviii. moralium. Si exterior sensus claudit in-  
terior sensus aperitur. Cuius rationem reddit Hugo de archa  
Noe li. iij. Mentis quas anime carnales exagitant non comprehendunt

sapidam sapientiam. sed qui minoratur actu ille inuenit eam  
quia dum animus ab exterioribus abstrahitur ad seipm colli-  
gitur & robustior ad contemplandum eterna subleuatur. Hec  
ille. Hic igit gustat primo Ihesum. sicut dicit Bern. de amo-  
re dei. c. xix. Mens est quedam vis anime qua inheremus deo &  
frui mur. Fruitio autem hec in sapore quodam est diuino qua-  
re et sapientia a sapore dicitur. Sapor autem iste in gustu quo-  
dam est. gustum autem istum nemo potest exponere nisi etiam  
qui meretur gustare. sicut potest dicere. Gustate et videte qui  
suauis est dominus. Hec Bern. Et Greg. xxxvi. moral. Suauitatem  
eius non cognoscitis si nunc minime gustatis. Hec ille  
Sed quomodo gustabimus si est vt dicitur incomprehensibilis.  
Respondit ipse Iohis. x. Ego sum ostium etc. Quod tripliciter  
exponitur. Ego sum ostium sensui corporali per signa sensibi-  
lia corporis & sanguinis spem sensibili monstratum. Ego sum ostium  
per fidem & animam in sacramento absconditam sensibilibus anime  
reueratam. Ego sum ostium per diuinitatem quia ignis est in  
sacramento velatum. Ex hys dicitur q sacramentum corpo-  
ris est quod sensus anime habet refozmare vt sit ordo. Nam Ihesus  
est candor lucis eterne. Igitur attingens visum interiore scilicet  
anime. degustata sacramenti dulcedine. De qua Aug. super  
Iohem. Manducans inuisibiliter sagmatur. inuisibiliter rena-  
scitur & illuminatur. Exinde q quedam signa sensibilia & ex-  
teriora digne susceptionis sacramenti. Que ponit beatus Tho.  
super. iij. sententiarum. di. ix. Et Bern. in sermone. iij. de septu-  
agesima. Primus cum quis deuote verbum dei audit. Cum se  
pronum ad bene operandum inuenit. Cum a peccatis futuris  
bonum propositum habeat abstinendi. Et cum de presentis do-  
leat. Et sic per illa signa sensibilia corporis & sanguinis in Ihesu  
tanq per ostium vadit. vt sic sensus anime per sensus corpo-  
ris reparentur. Quod vt nobis fiat ipsam virginem etc.

**¶** De curibus pedibus et plantis sermo sextuldecimus.

**F**aciamus hominem vta. In Transactis sermone dicitur  
est de calore naturali totius corporis membrorumq; potius  
orum. Nunc vero finaliter dicendum est de membris minis

principalibus videlicet cruribus pedibus & plantis & huiusmodi. quod ego in suis definitionibus transcurram. & presertim cum suis moralisationibus. quoniam non sunt significationibus precipuis. id est in vnum & finalem transsumam sermonez. Primo incipiendo quod sit crus vel crura. Crura secundum Iudorum lib. xi. ethimologiarum. Et Petrum pictaviensem in suo repertorio. dicunt a currendo quia in his currimus & gressum facimus. Tybie etiam dicunt quasi tube. eo quod in longitudine & cavitate instrumento musico quod tybia dicitur simulantur. Sunt igitur crura fortia & ossibus fortissimis composita & sicut columne fortissime ad sustinendum momentum totius corporis. ordinata inter femora & pedes sunt media flexibilia. etiam sunt mollia & medullis interius rigata. A parte vero posteriori plurimum in homine sunt carnosae. Et supra id est illa parte carnosae munita. quamvis in egypto munitus sit homo qui furas in cruribus non habebat. Per crura ecclesie possunt intelligi predicatorum. secundum Petrum pictaviensem ubi supra et doctores. qui more tybiarum doctrine modulorum cytharizant. Tales enim sunt columnae fidei & corporis & ecclesie fundamenta. fortibus etiam ossibus constantie debent esse compositi. & medullis devotionis & gratie irrigati. et ideo per istos currimus in quantum per ipsos sumus ad cursum bonorum operum eruditi. Sic & christus fecit. docuit & implevit. ut nos faceret post eum currere. Act. i. capitulo. Cepit Ihesus facere & docere. Pedes vero secundum Iudorum ex greca ethimologia nomen sortiti sunt. Hos enim greci pedes dicunt. quia ulterius motibus solo fixi incedunt. Et sunt secundum Petrum pictaviensem. extrema corporis que totius corporis portant onus. Et constant pedes ex quadragintaquinque ossibus. que in nervis & ligamentibus colliguntur ut corpus per ipsos fortius sustentetur. & ut portando corpus facilius moveantur. Per pedes intelliguntur affectus. quia scilicet animam movent ad adversa desideria per affectus. Unde Augustinus in quodam sermone. Pes meus affectus eo fortior quocumque feror. Igitur isti pedes affectuum debent esse per constantiaz osses. per pietatem & clementiam carni.

Nota igitur quod omne animal quando sedet vel dormit solet flectere quatuor pedes. preter elephantem. qui propter pondus corporis non potest flectere quatuor simul. sed duos posteriores replicat sicut homo. Sic vero omnis qui vult per contemplationem dormire quiescere & sedere debet pedes affectionum suarum flectere restringere & plicare. Quod tamen non faciunt multi qui sunt in religione. qui. sicut more elephantis nolunt pedes & affectus suos ex toto flectere. sed partim ad mundum extendere. et partim per temporalia a mundo retrahere. & partim ad temporalia stare. & partim ad contemplationem sedere. Aduerte etiam quod pes dexter maioris est deuotionis quam sinister. Et inde est quod aliqua animalia nobilia primo movent pedem dextrum. sicut est leo camelus dromedarius. Inde est quod mulier habens in utero masculum subito vocata pedem dextrum preponit. Contrarium est de illa que partu femellam. Motus igitur pedis dextri signat bonum opus. motus vero pedis sinistri signat malum opus. Igitur quoniam quis mouet pedem dextrum. id est exercet bona opera. profecto signum est quod talis est pregnans masculo. id est bono proposito. Et e contra in pede sinistro signum est quod in corde suo femina mali & vani propositi fetum portat. Ossa secundum Iudorum sunt corporis solidamenta. Et dicuntur ab isto propter quod cremarentur ab antiquis. Sicut ut alii putant ab ore eo quod ibi pateant. nam ubique visceribus quoque obteclantur. Sunt autem tria genera hominum ut dicit Pictaviensis in repertorio. debilia ossa habentia. id est debilem conscientiam. scilicet cet pisces & aues. Sunt molles carnales et luxuriosi. Femine que naturaliter sunt amare sunt auari cupidi & ambiciosi. Aues vero que alte volat. sunt superbi elati & presumptuosi. Vnde Petrus. Quasi leo sic struit omnia ossa mea. Et animalia quanto plus in ossibus habent de medullis tanto magis sunt ad libidinem prona. Ideo elephas qui medulla caret castissimum est animal. Sic procul dubio qui habent magnam copiam medulle diuiciarum libenter exercent actus libidinis. Et ideo elephantes. id est viri iusti et abstinentes qui non habent diuicias. abstinent a corruptela luxurie. Vnde Ecclesiasticus. Qui abstinentes fuerit addiciet ad vitam. Caro autem dicitur a carne. id est putredine. eo quod omnis caro putrefactionem sit

subdita. Sunt autem tres species carnum in corpore. scilicet  
caro glandulosa que est in mamillis. numerosa que est in mus-  
culis. caro viscosa et cartilaginosa que est in iuncturis. No-  
ta de se caro est pars corporis valde mollis. & ideo impacientis  
est operis & laboris. Vñ illa animalia que habent pedes car-  
nosos non possunt diu laborare vel peditare. Sicut patet de  
homine & camelo quorum pedes carnosus sunt. & ideo indigent  
corio vel calcamento. Sic illi qui nimis sunt carnosus. i. carna-  
les & deliciose non possunt labores & tribulationes sustinere.  
Matth. xxvi. Caro autem infirma. Et sicut caro prebet homini  
bus nutrimentum. Sic vero sanguis & caro christi in sacra-  
mento est anime optimum nutrimentum. Johis. vi. Caro mea  
vere est cibus etc. Et ideo homines spirituales qui ita spiritu &  
moribus facti sunt secundum dei ymaginem. i. virtuosi solent tales ci-  
bos corporis & sanguinis christi comedere & inde spiritualis-  
ter se nutrire. Vnde ibidem dicitur. Qui manducat hunc panem  
viviet in eternum. Hec enim vita est finis bonis. vt inquit Ma-  
gister in. ii. di. i. Quia ideo fecit deus rationalem creaturam ad  
ymaginem et similitudinem suam vt summum bonum intellige-  
ret. intelligendo amaret. amando possideret. vt dicitur ibidem.  
et possidendo eternaliter frueretur. Quod nobis prestare dignetur  
solus ipse sumus creator qui vivit et regit in secula seculorum amen.

Finis sunt sermones per adventum de formatione moralis ho-  
minis. singula hominis corporalis in eisdem descripta membra.  
e quibus spiritualis siue moralis merito confici possit ipse ho-  
mo. Et sicut in carne christus. ita et homo in spiritu efficit in-  
carnari. Quare iuste hic appellatur tractatus incarnationis mo-  
ralis ad dei ymaginem. Qui quidem per Fredericum Creusner  
Nurimberge est stilo diligenti impressus. Anno domini. Mil-  
lesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Laus

deo

clementissimo.

**Summaria declaratio Bulle Indulgentiarum  
sacratissimarum pro tuitione fidei contra spurcis-  
simos et Rabidos Turchos concessarum.**

Coll. Vpp. 748. 114. C.

XV. F. 1059. 3